



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Ascensvs Montis Carmeli, Avctore V.P. Fr. Ioannea Crvce.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

ASCENSVS MONTIS
CARMELI,

AUCTORE V. P. FR. IOANNE A CRUCE.

Argumentum.

Niuersa, quam in hoc Ascensu Montis Carmeli Opere tractaturus sum doctrina, subsequenter Versibus seu Cantibus comprehenditur: in quibus etiam modus ad montis vsque verticem ascendendi, qui est Perfectionis vitæ spiritualis sublimis status, quem hoc loco Unionem Animæ cum Deo appellamus, continetur. Et quoniam ea quæ dicturus sum, Cantibus istis velut fundamento inniti debent, placuit eos hîc coniunctim subnectere; vt sic rerum tractandarum medulla seu substantia tota simul pateat, clariusque percipiatur. Licet dum Cantus dilucidabuntur, necesse erit singulos separatim, & eodem modo Versus explanationi præponere, iuxta quod materia eorumque declaratio postula-
uerit.

CAN-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

CANCIONES,

EN QUE CANTA ET ALMA
la dichosa ventura que tuuo en passar
par la escura Noche dela Fe en
desnudes, y purgacion suya
ala vnion del Ama-
do.

I.

EN vna noche escura,
Con ansias en amores inflamada,
O dichosa ventura,
Sali sin ser notada,
Estando y ami casa sosegada.

II.

A escuras y segura,
Por la secreta escala disfraçada,
O dichosa ventura,
A escuras y en celada,
Estando y ami casa sosegada.

III.

En la noche dichosa,
En secreto que nayde me veja,
Ni yo miraua cosa,
Sin otra luz y guia,
Sino la que en el carcoçon ardia.

IV.

A questa me guiaua,
Mas cierta que la luz del medio dia,
Adonde me esperaua,
Quien yo bien me sabia,
En parte donde nayde parecia.

CANTVS,

QVIBVS FORTVNATAM
sortem celebrat anima, quam per Obscu-
ram Fidei noctem, in nuditate, purga-
tioneq; tuâ ad Dilecti Vnionem
transeundo, conse-
quuta est.

I.

NOCTIS obscura tenebrâ, Amoris
Aestuans flammâ, stimulisque pulsa,
[O bonam sortem nimis & beatam]
Sola prorupi: procul exeuntis
Conscio nullo, sapor altus omnem
Cum domum tandem placidâ quiete
Composuisset.

II.

Noctis obscura tenebris profundis,
Calle securo gradibusque scandens,
Prorsus occultis simulata vulgum:
[O bonam sortem nimis ac beatam]
Per meras ibam tenebras latenter,
Cum domum totam placida quietis
Somnus haberet.

III.

Noctē felici procul in recessu,
Hic vbi nulli poteram videri,
Hic vbi nullum poteram videre,
Nulla lux, nullus mihi dux preibat,
Præter hanc lucem liquidam, ducemque,
Quæ mei cordis radios vibrando
Arfit in imis.

IV.

Illius lucis radij vibrati,
Et magis certo fascisque ductu,
Quam iubar monstrat media diei,
Iubilans veni properante gressu
Huc vbi notus mihi me manebat:
Huc vbi posset, nisi notus ille,

Nemo videri,
V. O du-

CANCIONES

V.

O noche que guíaste,
O noche amable mas que la alborada,
O noche que juntaste,
Amado con amada,
Amada en el amado transformada,

VI.

En mi pecho florido,
Que entero para el solo seguarda,
Alli quedo dormido,
Y yo le regalava,
Y el ventalle de cedros ayre dava.

VII.

El ayre del almena,
Quando yo sus cauellos esparcia,
Con su mano serena,
En mi cuello heria,
Y todos mis sentidos suspendia.

VIII.

Quedeme y oluido me,
El rostro recline sobre el amado,
Ceso todo, y dexeme,
Dexando mi cuidado,
Entre las acucenas oluido.

V.

O ducem noctem sine nocte noctem
Candida Aurora face gratiorem!
O bonum, qua me thalamis Amati
Sic representas, & Amantem Amato
Fibulis casti socias Amoris:
Non suam posthac, sed Amati: Amantem
Versam in Amatam.

VI.

Florido sponsus meus in cubili
Pectoris casti recubans, quod ipsi
Provsus integrum studiosa seruo,
Solvit in dulcem sua membra somnum:
In meo (hunc) blandè gremio fouebam,
Atque Cedrorum flabra ventilabant
Leniter auram.

VII.

Concita Aurora rutilanti Aura
Cum suos statu nitidos capillos
Sparserat; dextrá ferijt serenâ
Tunc meum collum, feriendo dulce
Vulnus infixit, penitusque cunctos
Sustulit sensus, & ego stupente
Mente pependi.

VIII.

Sorpta diuino remanens veterino,
Languidos vultus ab amore, supra
Candidam sponsi faciem reclinans:
Nullares mansit, periére cuncta,
Ipsa cum cunctis quoque me reliquit:
De serensinter speciosa tristes
Lilia curas.

+++++

PRO:

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124



PROOEMIUM.



AD declarandam & explicandam hanc
Obscuram Noctem, per quam Ani-
ma ad claritatem Divinam, perfecta
unionis Amoris Dei (quantum pra-
sentis vitae status fert) tendens transi-
re debet; requirebatur profectò maius
scientia experientiaeque lumen eò,
quod mihi inesse sentio. Tot enim sunt, adeoq; profunda
tenebra, tot tam spirituales, quàm corporales afflictiones,
quas felices Anima, quae ad Perfectionis statum anhe-
lant, sustinere solent, ut neque humana sapientia satis sit
ad eas percipiendas, nec experientia, ad explicandas. So-
lus siquidem ille, qui noctem hanc ingressus est, sentire qui-
dem eam poterit, sed nequaquam verbis exprimere.
Quamobrem ad aliquid de nocte hac obscurâ pertractân-
dum, minimè scientia experientiaeque confidam; utraq;
enim deficere & fallere potest; sed divinis duntaxat scri-
pturis, quas dum sequimur, haud quaquam aberrare
possumus, cum in illis loquatur Spiritus sanctus. Quam-
vis hoc minimè impediatur, quin tam scientia, quam expe-
rientia in hac descriptione adminiculis utar. Quod si ali-
qua in re, ob eius intelligentia defectum aberravero; ne-
quaquam mens mea est, à sana doctrina, Sanctaeque Ma-
tris


tris Ecclesia Catholica sensu, discrepare. In huiusmodi quippe euentu, integrè me, non solum eius lumini iussio-
nique submitto & resigno: verum etiam cuiuscunque al-
terius, qui meliori ratione nixus, hisce de rebus iudicium
tulerit.

Ad hanc vero scriptionem, nõ me virium mearum ali-
qua impulit facultas, qua nulla est, si rei adeo sublimi ar-
duaque conferatur; sed firma quam in Deum concepì fi-
ducta, cum mihi laturũ opem, ut aliquid proficui depro-
mam: idque ob summam plurium Animarum necessita-
tem, qua in incepto virtutis itinere, dum eas Dominus in
hac obscura nocte collocare vult, ut per eam ad vñionem
diuinam perueniant, minimè ulterius progrediuntur: a-
liquando quia eam ingredi, aut sese in ea collocari recu-
sant, aliquando verò quia seipsas minimè intelligunt, nec
idoneos peritosque duces, qui eas ad summitatem vsque
montis perducant, sortiuntur. Quare est res commiserati-
one digna, videre plures Animas aptitudine naturali,
diuiniq; fauoris auxilijs ad ulterius in via hac progre-
diendum dotatas (qua si seipsas urgere, animoseque rem
aggredi vellet, sublimem hunc statum attingerent) in
infimo cum Deo agendi gradu remanere: eo quod abnu-
ant, vel ignorent, vel certè à vita spiritualis initijs desle-
tere, & auelli non edoceantur. Et cum tandem, tanto eas
Deus prosequatur fauore, ut absque conamine proprio,
magistriq; instructione, noctem hanc intrent & per-
transcant, eo valde sero, magnisque cum difficultatibus,

Causa, &
motiua
que ad li-
brum istos
conscribẽ-
dos impu-
lerunt.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124



ac minore merito pertingunt: idque propterea, quia nequaquam se Deo permiserunt & morigeras exhibuerunt, ut eas in puro certoque unionis itinere collocaret. Licet enim exploratum sit, posse Deum, qui eas dirigit, absque huiusmodi adiumentis, eò illas perducere, nihilo secius, dum eaducenti se Deo reluctatur, minus progrediuntur, nec tantum meritum acquirunt; quia voluntatē suā minimè flectunt, & in hoc ipso amplius patiuntur. Reperiuntur enim Anima, quae dum deberent sese Deo permittere, ac ad ei cooperandum conari, impediunt potius eum indiscretā imprudentique sua actione, seu exercitatione, vel resistentia: similes hac in re effecti puerulis, quos dum parentes vlnis gestare volunt, reluctantur & plorant, suis ipsi gressibus incedere pertinaciter molientes: sicque nihil itineris consiciunt, aut certe si aliquid consiciunt, erit illud infantium passibus emensum. Quamobrem ad hoc, ut Anima norint, permittere se à Deo duci, quando eas sua Maiestas ad ulteriora promouere voluerit, tam incipientibus, quam ijs qui iam profecerunt, Deo fauente, documēta, monitaque trademus, ut se ipsos intelligere sciant, vel saltem se à Deo duci patientur. Nonnulli siquidē Confessarij & spiritualis vita Patres, eò quòd lumine, istarumque viarum experimētis destituti sint, potius huiusmodi Animas prepediunt, illisque detrimento sunt, quā adiuuētō: similes facti fabricatoribus Babylonis, qui cū materiam adificio aptā porrigere debuissent, aliā multū ab ea discrepantē suppeditabant, eò quòd minimè idio-

ma:

Librorum
istorum
doctrina
tam inci-
pientibus,
quam pro-
ficiantibus
datur.

PROOEMIUM.

ma illud perspectum illis esset. Vnde nec quidquam perfectum est. Venite igitur, descendamus, & confundamus ^{Gen. 13, 7} ibi linguam eorum; vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui &c. Atque ita diuisit eos Dominus. Quamobrem res est prorsus molesta, & dura, Animam in huiusmodi euentibus minime seipsam intelligere, nec qui eam intelligat, reperiri posse. Nam euenire interdū potest, quod Deus sublimissima obscura contemplationis siccitatisque viā animam ducat, & illa se deuiāsse aberrasseq; arbitretur: dumq; sic tenebris, tribulationibus, angustijs, ac tētionibus diuexatur reperiat, qui sicut consolatores illi, ^{Iob 4.} Iob, dicat; Illam melancholiā laborare, vel siccitates illas ē naturali complexione proficisci, posseq; hac in re aliquam occultam suam malitiam intercedere, proptereaq; a Deo hoc modo deferi: & solent confestim huiusmodi homines, Animam illam vel esse, vel fuisse valde deprauatam, eō quōd talia sustineat, iudicare. Nec deerunt, qui illā in via Dei retrocedere affirmant: siquidē in rebus diuinis minime eum interiorē gustum & consolationem experiatur, quam antea degustabat. Hacq; ratione geminant misera Anima penam: accidere quippe potest, maximam quā tunc illa premitur afflictionem, ex propria miseria notitia proficisci; videaturque tunc Anima meridianā luce clarius, se malorum omnium ac peccatorum esse refertissimā: hanc enim tunc cognitionem illi communicat Deus, in illā contemplationis Nocte, quē admodū postmodū dicenturi sumus. Cum verò, qui idem quod illa sentit, asseren-

+++++ 3

tem

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

PROOEMIUM.

sem dicentemque, id culpâ suâ euenire, reperit: crescit in
 immensum Anima pena, & angustia sit plusquam mor-
 talis. Nec ista satis sunt huiusmodi Confessarijs: verum ij
 existimantes, has animarū afflictiones ex perpetratis cri-
 minibus ortum ducere, faciunt eas vniuersam praterita
 vita seriem retexere, ac plures generales Confessiones per-
 agere, sicq; eas denuo cruci affigunt, nec intelligunt mini-
 me tunc tempus esse istarum rerum, verum relinquendas
 tunc esse illas animas in purgatione illa, qua Deus eas e-
 xercet, consolandasque interim, ac animandas, ad aqua-
 nimiter sustinendas afflictiones, quamdiu Deo placitum
 fuerit: nam antequam Deus aliter res disposuerit,
 quidqd illa egerint, & ipsi dixerint nihil prorsus proderit.

Qualiter
 de mag-
 istri lo-
 quuntur
 in
 huius
 libro.

De quibus
 rebus in
 hoc libro
 agendum.

Anima-
 rantium
 factus di-
 uersus.

Hiscetaque de rebus Deo propitio acturi sumus, &
 quomodo Anima tunc se gerere debeat, & qualiter Con-
 fessarius eam dirigere, quibus etiam indicijs seu argu-
 mentis dignosci valeat, an illa sit Anima purgatio: & si
 est, an sit purgatio sensus, vel spiritus (hac si quidem est
 Obscura Nox, de qua locuturi sumus) qua etiam ratione
 discerni possit, an afflictiones ista ab humore melancholico,
 an verò ab aliqua alia sensus vel spiritus imperfectione o-
 riantur. Inuenire quippe est aliquas Animas, qua existi-
 ment, se à Deo hac Obscura contemplationis, spiritualisq;
 purgationis via duci, imò & ipsi earum Confessarij idem
 arbitrabuntur: & forsitan nihil aliud erit, quam aliquid
 ex dictis tam imperfectionibus. Nec tamen desunt plures
 Anima, qua nullam se orationem exercere putant, & ta-
 men

PROOEMIUM.

men sublimiter orant: sicut viceversa multa, dū se insigni orationis dono praeclatas existimant, nihil ferè eius adeptæ sunt. Nonnulla sunt (quod sine dolore dici nō potest) quæ multos labores defatigationesque exhauriunt; nihilominus tamen retrocedunt, eò quod emolumentum profectus sui, non in eo, quod prodest, sed potius in eo, quod obest, constituent: alia verò in quiete & tranquillitate proficiunt plurimum. Quadam ipsismet diuinis delectationibus & gratijs, quas à Deo ad ulterius progrediendum recipiunt, sese in hac via irretiunt, & praeediunt. Hoc enim itinere gradientibus, eueniunt plura, quæ iam prouocant ad gaudium, iam afflictiones fiduciam, doloresq; generant: quorum pleraque è spiritu perfectionis promanant, pleraq; verò ab imperfectionibus ortum ducunt, de quibus omnibus rebus Deo fauente, aliquid in medium adferre conabimur, ut unusquisque legentium, aliquo modo iter quod carpit animaduertat; & quam illi tendere expediat, si montis cacumen attingere peroptet, agnoscat.

Et quoniã doctrina hac est de Obscura Nocte, per quã Anima ad Deū pergere debet; haud miretur Lector, si illæ aliquantū obscura appareat. Existimo tamē, id solū initio lectiois futurū: verum si in ea legenda progrediatur, priora clarius eū percepturū, vna quippe res, per aliã dilucidatur. Quod si libri lectioñe repetierit, puto manifestius cuncta intellecturū, doctrinamq; hæc ei tutiorē appariturā. Si verò aliquib. lectio hac nō arriserit, in causa est exigua mea sciētia, ac scribendi modus abiectus, & vilis: nã scri-

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

PRO O E M I V M.

scriptionis materia ex se optima est, & apprimè necessaria. Arbitror nihilominus, q̄ licet hac sublimiori exactioriq; stylo tractarētur, quā hoc loco nos fecimus, nō multorū palato benè saperēt, nec à multis exoptarētur. Nō enim hīc valde moralia, & spiritualibus sapida, quibus persuasiva & iucunda ad Deum ire placet, tradentur; sed substantialis solum & solida pro utrisq; doctrina, si tamē ad spiritus nuditatem, de qua hīc agitur, peruenire voluerint. Nec animus meus est, hīc passim agere cum omnibus; sed cum quibusdam nostra sacra religionis, primitiuis Carmeli montis, tam religiosis, quam monialibus, quorū precibus ad scribendum inductus sum: quos etiam Deus gratia sua in montis huius semita collocavit; qui cum à temporalibus seculi huius rebus denudati sint, melius doctrinam hanc de spiritus nuditate percipient.

Libri isti
pro Carmeliis
praesertim
Discalceatis
confir-
mari.

LIBER

LIBER PRIMVS
ASCENSVS MONTIS
CARMELI,

IN QVO, QUIDNAM SIT OBSCVRA
Nox, quamque necessario per eam ad vniõnem diuinam
sit transeundum, agitur. Et praesertim de Obscura sensus,
ac Appetitus Noctæ, & quantum ij Anima detri-
mentum inferant, pertractatur.

CAPVT I.

Duo Notium discrimina, per quas Spirituales,
secundum duas hominis partes, superiores scilicet
& inferiores transeunt, assignat; & pri-
mum Cantum proponit, ac dis-
lucidat.

CANCION PRIMERA.

CANTVS PRIMVS.

Eterna Noche escura
Con ansias en amores inflamada
O, duchoja venturas:
Sali sin ser notada,
Estando ya mi casa sosegada.

SENSVS.

Quadam Noctæ obscura
Amoribus anxijis inflammatã
O fortunatã
Exiit, nec sui obseruata
Cum esset iam domus mea tranquillata.

Hoc primo Cantu, felici-
tatem suam sortem, ac
fortunam celebrat ani-
ma, quam ob egressio-
nẽ ab omnibus rebus,
necnon ab Appetitibus
imperfectionibusque sensitiuæ hominis

partis, ex ipsius deordinatione à recta ra-
tione, ortis, adepta est.

Ad cuius Cantus intelligentiam scien-
dum est; ad hoc vt Anima ad Perfectionis
statum perueniat, vt plurimum duos præ-
cipuos modos Noctium (quæ à spiritualiũ
rerum peritis, Animæ Purgationes, vel pu-
rificationes nuncupantur; & nos hoc loco
Noctes, idcirco appellamus, quia Anima
in vtrisque velut Noctũ & in tenebris gra-
ditur) illi transeundos esse. Quarum No-
ctium, seu Purgationum, prima est sensiti-
uæ partis Animæ, de qua in præsentì Can-
tu, primaque huius libri parte agitur. Se-
cunda verò est spiritualis partis; de qua in
secundo proximè sequenti Cantu tracta-
tur; quam etiam secunda libri parte Acti-
uè (hoc est, secundum quod anima ipsa
Actiuè seu operatiuè se in hac purgatione
gerit) explanabimus: quod enim ad Passi-
uum modum attinet, id tertia quartaque
operis parte præstabitur.

DECLARATIO CANTVS.

Itaque id, quod summatim hoc Cantu
Anima innuit est; se (Deo educente) so-
lo amoris ipsius intuitu, eiusque amore
flammantem, in quandam Noctem ob-
scuram

Distribu-
tio rerum
in istũ li-
brũ tra-
ctandũ.

Quid sit
Nox Ob-
scura sen-
sus.

A scuram

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

fenstram (quæ est Priuatio omnium Appetuum suorum sensitiuorum, in quantum vniuersas mundi res exteriores respiciunt, necnon rerum omnium suæ carni acceptabilium, ac etiam voluntatis suæ delectationum purificatio) esse egressam. Quæ omnia in hac sensus Purgatione perficiuntur: quam obrem etiam dicit, se domo suâ iam tranquillatâ, quæ est sensitiua eius pars, exiisse: sopitis videlicet iam in illa vniuersis Appetitibus suis, & vicissim se quoque illarum respectu, iam consopitâ remanente. Nec enim aliter à pœnis anxietatibusque Appetituum quispiam erui potest, antequam mortificentur illi, sintque consopiti. Et hoc innuit, cum dicit, se felici sorte potitam, exundo absque vllâ notâ, nec à quopiam deprehensam. Hoc est, absque eo, quod aliquis carnis suæ, vel alicuius alterius rei Appetitus, illum à suo exitu præpedire potuisset, idcirco etiam se fortunatam adstruit, quod noctu exierit, priuando nimirum illum DEVS omnibus Appetitibus, quæ res erat illi noctis instar. Hæc itaque fuit fors eius fortunata, quod DEVS illam in hac Nocte collocârit. Vnde tot in illam bona promanârunt, & in quam minimè illa ad eodè perfectè ingredi sciuisset: nemo siquidem per seipsum se ab Appetitibus euacuare ac eliberare valet, vt ad vniõnem diuinam tendere possit. Hæc summam est huius Cantus dilucidatio. Nunc quemlibet versum, singillatim, quæ ad institutum nostrum spectabunt proponendo, explanabimus.

CAPVT II.

Quanam sit Nox ista Obscura, per quam se Anima ad Vniõnem diuinam pertransisse decernat; & quæ sint ipsius causæ, declaratur.

QVADAM NOCTE OBSCVRA.

TRes ob causas dicere possumus, transitum hunc ad Vniõnem diuinam,

Noctem Obscuram nuncupari. Prima ex parte termini, à quo Anima recedit, desumi potest: debet enim expoliari priuarique Anima Appetitu gustus, seu delectationis omnium mundi rerum, quas possidebat, quod per earum abnegationem fieri debet. quæ res est noctis instar omnibus Appetitibus, sensibusque humanis. Secunda huius appellationis causa, ex parte modi seu viæ, quâ Anima ad hanc vniõnem proficisci debet, petenda est; quæ via est fides, intellectui humano noctis instar obscura. Tertia causa à termino, seu scopo ad quem tendit, id est, à DEO ipso desumenda est: qui cum incomprehensibilis sit, & in immensum cuncta excedat, potest in hoc mortali vitæ statu, Animæ Nox Obscura appellari. Per has igitur tres Noctes transeundum est Animæ ad diuinam vniõnem aspiranti. Harum Noctium figura fuerunt, tres illæ noctes, de quibus in Tobie libro legimus, quas Angelus transeundas Tobie iuniori mandauit, antequam sponsæ copularetur. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea.

Prima nocte præcepit ei, Piscis iecur igne cõburere, quod cor affectibus obnoxium, rebusque mundanis affixum representat, quod ad hoc, vt iter in DEVM auspiciari possit, cõburandum repurgandumque est diuini Amoris igne, ab omnium creaturarum affectionibus. Quâ in purgatione effugatur Dæmon, qui dominatum in Animas, delectamentis temporanearum & corporearum rerum affixas exercet.

Secunda nocte, ad sanctorum Patriarcharum consortium, qui sunt Patres fidei, admittendum fore dixit Angelus. Primâ siquidem nocte, quæ est omnium obiectorum, quæ subijciuntur sensibus, priuatio, transactâ, confestim in secundam noctem ingreditur Anima, sola remanendo in fide nudâ, directioni gubernatio-

Per tres Noctes Animam transiendam ad Diuinam Vniõnem.

Tob. 6. 19.

et tunc eius solius subiecta. fides enim sub nullum cadit sensum.

Tertiam vero nocte, prædixit Tobias Angelus, cum benedictionem (quæ est DEVS) consecuturum, qui secundam nocte, quæ est fides, intercedente, ad eum intimè occulteque communicatur Animæ, ut quamdiu communicatio hæc fit, DEVS sit Animæ obscurior Nox cæteris duabus, quemadmodum iam exposuimus. Hæc verò tertiâ nocte transactâ, videlicet cum hæc DEI communicatio in spiritum perficitur; quod ut plurimum fit, manente in maximis tenebris Animâ, continuo sequitur vnio cum sponsâ, quæ est DEI sapientia. Quemadmodum etiam Angelus Tobie nunciârat: eum nocte tertiâ euolatâ, sponsæ in timore Domini copulandum: qui DEI timor, cum perfectum sui statum adeptus est, amore quoque DEI includit, quod accidit, cum transformatio Animæ in DEVM perficitur, amore. Quæ omnia ut liquidius constent, de quacunque istarum causarum, singillatim agemus. Animaduertendum tamen est, tres dictas noctes, vnâ solam noctem esse, in tres partes distributam. Prima enim quæ est sensus, confertur primæ parti noctis naturalis; cum nimirum omne visibile obiectum visui subtrahitur. Secunda, quæ est fidei, mediæ nocti comparatur, quæ omninò obscura est. Tertia tandem nox, quæ est DEVS, vltimæ noctis parti seu auroræ similis est, cui immediatè solis lumen succedit.

CAPVT III.

De prima nocte huius causa, priuatione videlicet Appetitus in rebus omnibus Tractationem incipit.

Appellamus hoc loco, Noctem, Priuationem gustuum, seu delectamentorum Appetitus, respectu rerum omnium. Sicut enim nox nihil aliud est, quam

lucis priuatio: & consequenter obiectorum omnium, quæ illâ interueniente videri possunt, quam etiam ob causam, visiva facultas remanet in tenebris, nilque operatur: eodem prorsus modo mortificatio Appetitus, nox Animæ dici potest. Dum enim ipsa gustibus Appetitus, in rebus omnibus sese spoliât; idem ei est, ac in tenebris, atque absque vlla re, remanere. Sicut enim visiva potentia, mediante luce nutritur, ac in varijs obiectis visibilibus partum inuenit; deficiente verò luce, hæc quoque cessare necesse est; ad eundem modum Anima, mediante appetitu nutritur, & quasi pascitur vniuersis rebus, quas medijs potentijs suis delibare potest. Mortificato verò Appetitu, non ampliùs Anima recreatur vel reficitur gustu, seu sapore omnium rerum; remanetque hæc ratione secundum Appetitum in obscuritate, & sine aliqua re.

Exemplis omnium potentiarum, rem hanc illustremus. Dum Anima priuat Appetitum suum vniuersis illis, quæ sensui Auditus aliquam delectationem adferre possunt; respectu huius potentia, remanet Anima in tenebris, & omni re destituta. Simili modo abnegans gustum omnium earum rerum, quæ sensui visus possunt esse iucundæ; secundum hanc quoque potentiam remanet Anima in tenebris & sine vlla re. Et idem affirmari de cæteris sensibus potest. Ita ut Anima quæ abnegauerit repudiaueritque gustus seu delectamenta rerum omnium, per mortificationem Appetitus in illis, dici poterit, quasi in Noctis obscuritate versari, quæ nihil aliud est, quam vacuum quoddam, seu exinanitio illius, respectu cunctarum rerum. Cuius rei ratio seu causa est: nam ut Philosophi asserunt, statim ac DEVS Animam corpori infundit, est illa velut quædam tabula rasa, in qua nihil prorsus depictum, reperitur: & nisi sensuum ministerio ali-

quam

Exemplis
res hæc de-
claratur.

Cur pri-
uatio Ap-
petitus nox
dicatur?

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

quam rerum notitiam adipiscatur, aliunde (loquendo secundum naturæ cursum) nihil illi communicatur. Hinc est, quod quam diu in corpore moratur, est illius instar, qui tenebroso ergastulo includitur, qui nullius alterius rei notitiam assequi potest, eâ demptâ quam per carceris fenestras acquirit; & nisi inde aliquid cerneret, aliunde omninò nihil conspiciere valeret. Ad eundem modum Anima, exceptis ijs, quæ illi sensuum præsidio instillantur, qui sunt veluti carceris eius fenestras secundum naturæ ordinem, nihil aliunde acquiritur. Vnde si ea, quæ sensuum obsequio recipere potest, asperneretur & respuat; rectè dicemus, illam veluti in tenebris & vacuum remanere: nam, vt ex dictis constat, naturaliter alijs foraminibus seu rimis nulla ad eam lux ingredi potest. Licet enim certum sit, non posse Animam, non audire, videre, odorari, gustare ac tangere, sed si illa abnegat, ac repudiat, tantundem illi est, adeoque nihil ferè hisce sensationibus præpeditur, ac si nihil videret, vel audiret. Quemadmodum eueniret illi, qui ex industria obseraret oculos, ad eò enim in tenebris remaneret ac cæcus ipse, videndi facultate destitutus. Ad hoc institutum locutus est Dauid dicens: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Pauperem se nominat, quamuis diuitem eum fuisse exploratum sit: non enim opibus voluntate adhæserat, quare perinde illi erat, ac si reuera pauper fuisset. Quin potius si egenus reuera fuisset, voluntatis tamen affectu diuitijs inhiasset; minimè verè pauper extitisset, eò quod anima diues fuisset, & rebus mediante Appetitu, abundans. Et propterea nuditatem hanc Animæ, Noctem appellamus. Nequaquam enim hoc loco de rerum ipsarum carentia agimus; hæc siquidem minimè denudat Animam, si illas appetit; sed de nuditate solùm Appetitus ac gustus illarum; hæc enim ef-*

ficit, Animam liberam ac vacuum, licet rerum possessio minime abdicetur: neque enim res mundi huius occupant Animam, neque illi detrimentum aliquod inferunt, cum illam minimè ingrediantur; sed enim voluntas Appetitusque illarum, qui in eam moram trahunt, illi non mediocriter obstant. Hic primus Noctis modus, ad Animam secundum sensitiuam partem pertinet. Nunc quantum illi expediat domo sua, in hac Obscura sensus Nocte egredi, si ad vniõnem diuinam aspiraret, doceamus.

C A P V T I V.

Quam necessarium sit Animæ Noctem hanc sensus obscuram, qua est Appetitus mortificatio, serio transmeare, vt ad vniõnem diuinam possit proficisci.

CAusa, ob quam necesse est, Animam ad diuinam vniõnem cum DEO aspiranti, hanc Obscuram Noctem mortificationis Appetituum, atque abnegationis delectationis omnium rerum peruadere est; quia omnes Amoris adhæssiones, quibus in Creaturas fertur, sunt coram DEO veluti meræ tenebræ; quibus quam diu Anima est vestita, in capax est, vt illustretur ac possideatur à pura simplicique DEI luce, nisi prius illas dispulerit ac eliminauerit. Non enim potest conuenire lux cum tenebris, dicente S. Iohanne, *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt.* Cuius rei ratio est: nam duo contraria, sicut Philosophis placet, non possunt in eodem subiecto consistere, & quia tenebræ, quæ sunt creaturarum rerum adhæssiones, & lux, quæ est DEVS, sunt contraria & dissimilia, vt ad Corinthios docuit S. Paulus. *Qua societas luci ad tenebras? hinc est, quod non potest Anima diuinæ vniõnis lucem recipere, antequam adhæssiones*

Nihil ad Noctis huius ingressum obest sensuum usus, si Appetitus adhaesio absit.

Ps. 87. 16.

Cur sensus Nox, ad vniõnem diuinam aspiranti transmeanda.

Si Appetitus creaturis adhaerent, tenebræ offundit Animam.

2. Cor. 6. 15.

amoresque eius erga creaturas effugentur. Vt autem clarius hucusque dicta consentent, sciendum est; Amorem adhesionemque Animæ erga creaturas, coræque ipsam Animam creaturæ; quoque maior ac intensior est amor, eò maior æqualitas ac similitudo resultat: amor siquidem similitudinem inter amantem & amatum parit, & propterea dixit Dauid, loquendo cum illis, qui corda sua idolorum amori immerferant. *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*: hoc est, qui amore illas prosequuntur. Hinc prouenit, quòd qui alicui creaturæ amore copulatur, ad eò vltis abiectusque efficitur, ac est creatura illa, imò aliqua ratione abiectior & inferior: amor enim, non æquat solum, verum etiam subdit ac subijcit amantem rei amata. Hinc est, quòd eo ipso, quòd Anima alicui rei extra DEVM amoris nexu inhaeret; incapacem se puræ cum DEO vnionis, ac in eum transformationis, reddat. Multo enim minus capax est vilitas rei creatæ, sublimitatis creatoris, quam tenebræ lucis. Vniuersa enim tam terrena, quam cælestia, collata DEO nihil sunt; quemadmodum Hieremias dixit. *Aspexi terram, & vacua erat, & nihil: & caelos, & non erat lux in eis*. In eo quòd asserit, se terram vacuum vidisse, innuit; vniuersas eius creaturas nihil esse, terram quoque ipsam nihil esse. In eo verò quòd dicit, se caelos quoque aspexisse, nec lucem in illis vidisse, perinde est ac si dixisset; vniuersa cæli lumina DEO comparata, paras merasque esse tenebras. Hoc itaque modo spectatæ, creaturæ vniuersæ, nihil sunt; & illarum Amores, seu adhesiones, minus esse quam nihil, cum sint obstacula & Priuationes quædam transformationis in DEVM, optimè affirmare possumus: quæ tamen admodum tenebræ nihil sunt, & minus quam nihil, cum sint priuatione lucis. Et sicut ille, qui in tenebris ma-

net; minimè lucem recipit aut comprehendit, ita non poterit comprehendere DEVM Anima, creaturis per amorem affixa, à quo amore priusquam repurgeretur, nec in præsentis vita poterit illo per puram Amoris transformationem, sed in futura, per visionem claram, sed maioris claritatis gratia, descendamus ad singularia.

Itaque vniuersarum rerum creaturarum essentia seu quidditas, infinitæ essentia diuinæ collata, nihil est. Et propterea Anima, quæ nihilo huic agglutinatur amore, nihil quoque coram DEO est, & minus quam nihil: siquidem, vt dictum est; Amor æqualitatem similitudinemque facit, imò in inferiori adhuc gradu collocat amantem. Nulla itaque ratione, huiusmodi Anima infinitæ DEI essentia copulari poterit: id enim quòd non est, nullo pacto potest congruere aut conuenire cum eo, quòd est. Et vniuersa creata pulchritudo, infinitæ DEI pulchritudini collata, summa est turpitudine; sicut docuit Salomon in Proverbijis. *Fallax gratia & vana est pulchritudo*. Sicque Anima, quæ cuiuscunque tandem creaturæ pulchritudine capta est, coram DEO ex hac parte deformis apparet; & propterea nō poterit hæc Anima in pulchritudinem, quæ DEVS est transformari, quia turpitudine non attingit pulchritudinem. Præterea vniuersa gratiositas seu amabilitas Creaturarum, DEI gratiositati comparata, summa est insipiditas & ineptitudo. Et idcirco Anima, quæ Creaturarum gratijs, salibus, aptitudinibusque capta est, coram DEO insulsa & ingrata est, hocque modo non potest esse apta & capax infinitæ gratiæ, & pulchritudinis DEI, ingratum enim & ineptum plurimum ab eo quòd infinitè gratum & amabile est, distat.

Vniuersa quoque creaturarum bonitas immitæ DEI bonitati collata, potius malitia quam

Anima creaturæ nihil, amore cōglutinata, nihil efficitur.

Pro. 31. 30

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

Nemo bonus nisi solus Deus.
Luc. 18. 19

quàm bonitas dicenda est. Solus quippe DEVS bonus est. Et ideo Anima, quæ amorem suum in creatis bonis collocat, mala est coram DEO. Et sicut malitia, non conuenit cum bonitate: sic talis Anima, nequibit adherere DEO vnione perfectâ, qui est bonitas summa.

1. Cor. 13.
19.

Omnia etiam mundi sapientia, & humana capacitas, si cum infinita sapientia diuina conferatur, est mera ac summa ignorantia; iuxta illud quod D. Paulus ad Corinthios scribit. *Sapientia huius mundi stultitia est apud DEVM.* Vnde quæuis Anima, quæ reputauerit sapientiam, idoneitatemque suam, quali ad tendendum ad DEI vnionem sufficientem, est summopere stulta coram eo, longèque ab vnione deuiabit: ignorantia enim non capit sapientiam. Et illi qui se existimant aliquid scire, corâ DEO stulti reputantur; de quibus idem Apostolus loquitur. *Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.* Soli itaque illi percipiunt DEI sapientiam, qui paruulorum & ignorantium instar, scire suum deponunt, & abijciunt, ac illi ex amore obsequantur. Quem etiam sapientia modum docuit Apostolus dum dixit:

Rom. 1. 22

Nemo se seducat &c. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens: sapientia enim huius mundi stultitia est apud DEVM. Itaque ad hoc, ut Anima sapientia diuinæ vnionem assequatur, potius eo tendere debet per ignorantiam, quàm per scientiam.

1. Cor. 13.
28.

Omnia præterea dominatio, ac mundi libertas, dominationi libertatiq; Spiritus DEI comparata, summa est seruitus ac captiuitas, & angustia immensæ. Quare Anima, quæ dignitatibus, honoribus, præminentijs ac Appetitus sui libertatibus inhiat, apud DEVM non velut liber & dilectus filius, sed sicut vilis, abiectaque persona, ac passionum & appetituum suorum mancipium vile, reputatur,

& velut cum tali DEVS se cum ea gerit; idque propterea, quia sanctæ eius doctrinæ acquiescere recusauit, quâ docuit; eum qui maior esse voluerit, minorem esse debere. Ideoque non poterit huiusmodi Anima ad regiam Spiritus libertatem, quæ in hac vnione diuina obtinetur, peruenire: seruitus siquidem omnino libertati repugnat, quæ in corde passionibus suis mancipato, moram trahere non valet, cum huiusmodi cor sit captiuum; sed solum in libero, quod est cor filij. Hanc ob rem Sara viro suo Abraham dixit, ut foras domo sua eijceret ancillam, eiusque filium dicens: *Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancille, cum filio meo Isaac.* Gen. 21. 10.

Vniuersæ quoque deliciae suauitatesque, quas voluntas ex omnibus mundi rebus decerpere potest, deliciae ac voluptatibus, quæ sunt ipsemet DEVS, collatae, summa sunt pœna, tormentum, & amaritudo. Qui ergo cor suum illis immergit; apud DEVM dignus pœnis, tormentis, amaritudinibusque reputatur, nec poterit delicias amplectum DEI, qui in vnione percipiuntur, degustare.

Omnes opulentia ac creaturarum rerum gloria, diuitijs, quæ sunt ipse DEVS, comparatae, summa sunt paupertas, ac miseria, ac sic Anima, quæ maximè istarum rerum possessionem diligit, summè est pauper ac miserabilis coram DEO, idèoque haud poterit fœlicem diuitiarum & gloriae statum, qui est transformatio in DEVM, adipisci: latissimum enim discrimen inter summam miseriam egestatemque, ac inter supremam gloriam & diuitias intercedit.

Quam ob causam diuina Sapientia, de huiusmodi hominibus, qui seipos turpes, viles, miserabilesque reddunt, amando ea, quæ pulchra, sublimia, ac opulenta mundus iudicat, conquerens hunc in modum

modum contra eos exclamat. *O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite; audite, quoniam de rebus magnis locutura sum. Mecum sunt diuitia & gloria, opes superbae, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & gemina mea. (hoc est, ea, quæ ex me in vestris animabus generabitur) argento electo. In vijs iustitia ambulo, in medio semitam iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. His verbis æterna Sapientia alloquitur eos omnes, qui cor suum & amorem quibuscunq; mundi rebus applicant, vt iam dictum est; quos etiam paruulos appellat; similes etiam amatis rebus efficiuntur, quæ sunt exiguæ. Et idcirco eos admonet, vt intelligant astutiam; & vt animaduertant, quoniam de rebus magnis locutura est, non de exiguis, sicut ipsi sunt, Diuitias enim grandes, & gloriam quam ipsi experunt, cum ipsa & in ipsa, non verò vbi ipsi arbitrantur, reperiri. Opes quoque superbas & iustitiam, in ipsa sedem fixisse. Licet enim illis mundanæ res grandes appareant; animaduertant tamen, (inquit) suas esse præstantiores. Frustrum enim, quem in ipsa reperiri sunt, meliores illis futuros auro, lapidibusque preciosis; idque quod ipsa Animabus ingenerat, nobilior esse argento electo, quod ipsi diligunt. Quibus etiam in rebus, omnis alia affectio seu amor, qui in hac vita haberi potest, intelligitur.*

(c.)

CAPVT V.

Eandem prosequitur doctrinam, ac auctoritatibus figuris, sacra Scriptura declarat, quam necessarium sit Anima, hac obscura Mortificationis Appetitus nocte, in DEVM tendere.

EXposuimus iam, quantum sit inter DEVM Creaturasque interstitium; & quemadmodum Animæ, quæ alicui illarum afficiuntur, eandem quam illæ à DEO distantiam habent: Amor enim (vt diximus) æqualitatem similitudinemque facit. Rem hanc optimè exploratam habuit S. Augustinus, dum in Soliloquijs alloquens DEVM diceret. *Miser ego, quando poterit obliquitas mea tua reuerenti adæquare? Tu verè bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu sanctus, ego miser: tu iustus, ego iniustus: tu lux, ego cæcus: tu vita, ego mortuus: tu medicina, ego ager: tu summa veritas, ego vniuersa vanitas.* Hæc Sanctus de homine, ad Creaturas propenso protulit.

Quamobrem summa est Animæ stultitia, quæ posse se ad sublimem vnionis cum DEO statum euolare arbitratur, nisi prius Appetitum naturalium, imò etiam supernaturalium rerum, secundum quod proprio amori innixæ sunt, exuat & euacuet: immensa enim differentia seu distantia inter hæc, & ea, quæ in hoc puræ in DEVM transformationis statu conceditur, reperitur. Et propterea CHRISTVS DOMINVS NOSTER, hanc nos edocens viam apud S. Lucam dixit. *Qui non renunciat omnibus que (voluntatis adhesionem) possidet; non potest meus esse discipulus.* Estque res hæc extra dubium omne: doctrina enim quam DEI FILIVS mundo traditurus aduenit, contemptus fuit rerum omnium.

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

Soliloq.
c. 2.

Summa
Anima
stultitia
quæ

Luc. 14.
33.

Quamdiu anima amore Creaturarum sese non expoliat, est incapax receptionis Spiritus DEI in transformatione. Exodi 16.3

Ad indignationem pronocant DEVM, qui solo DEO non sunt contenti. Num. 11. 4.3.

omnium, ut hoc modo Spiritus DEI precium recipere posset. Quamdiu enim Anima illis sese non expoliat, incapax est receptionis DEI Spiritus, in transformatione pura.

Rei huius figuram libro Exodi expressam habemus, ubi legimus, DEVM caelestem cibum qui erat Manna, Ecce ego pluam vobis panes de caelo, Filij Israel minimè dedisse, donec farina, quam ex Aegypto tulerant, defecisset. Quo facto innuere voluit, necesse esse prius, vniuersis rebus nuncium remittere: cibus enim hic Angelicus, nequaquam palato, qui gustus escaurum humanarum admittit, conceditur. Nec solum se inhabilem spiritui diuino reddit Anima, quæ peregrinis gustibus inhiat pasciturque: verum etiam non leuiter ad indignationem DEVM prouocant illi, qui spiritus escas appetentes, minimè solo DEO contenti sunt, sed etiam Appetitum, aliarumque rerum amorem illi admiscere volunt. Quod etiam in eisdem sacris literis videre est, in quibus legitur. *Quis dabit nobis ad vespendum carnes?* quod cum illis minimè cibus ille aded simplex satisfaceret, expetierint carniem esum; Dominumque nostrum grauer iratum fuisse, eò quod cibus aded vilem & crassum, cibo aded sublimi simpliciq; intermiscere voluissent, qui licet in se simplex esset, omnium tamen ciborum saporibus in se continebat. Quapropter, dum adhuc escæ eorum essent in ore ipsorum, descendit, sicut dicit Dauid, ira DEI super eos, igne de caelo deiectione, qui plura eorum millia combussit. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.* Indignum quippe videbatur, alicuius alterius cibi Appetitum, illosmittere, caelesti pane concessio.

Quantia

O si spirituales nossent ac intelligerent,

quibus se bonis priuant, quantamq; Spiritus copiam amittunt eò quod non finiunt Appetitum suum à puerilibus ineptijs auellere & abstrahere; & quomodo in isto simplici cibo spiritus, omnium rerum saporibus affatum reperirent, si ab omnibus alijs gustibus abstinere vellent: quod quia facere recusant, minimè spiritualis cibi delicias percipiunt. Hæc enim causa fuit, cur Hebræi omnium rerum saporibus, qui Mannâ illo continebantur, non experirentur: quia nimirum, non applicabant illi soli, suum Appetitum. Non itaque hæc causa fuit, cur non sentirent illi rerum omnium saporibus ac robur, quod optare potuissent in Mannâ illo, quia Manna eo careret; sed ided quia ipsi aliquid aliud appetebant. Qui aliquid aliud simul cum DEO amare intendit, dubiò procul parui DEVM facit: siquidem in vna eademque statera illud, vnâ cum DEO collocat, quod in immensum ab eo distat; vti iam dictum est. Experiencia enim manifestâ competitur est, humanam voluntatem, cum alicui rei afficitur, eam pluris facere, cæteris omnibus; licet illæ præstantiores melioresque sint re illa dilectâ, si tantumdem dulcedinis in alijs non experitur. Quod si æqualiter amet, vel delectetur vtrisque, necessariò præiudicium præstantiori rei facit, ob æqualitatem iniustam, quam inter eas constituit. Cum itaq; nulla res DEO æquiparari possit: grauem illi iniuriam infert Anima, quæ aliquid aliud præter illum amat, aut ei affectu inhæret. Quod si hæc ita se habent, quid esset obsecro, si rem illam plus ipso DEO diligeret. Hoc ipsum etiam eodem Exodi libro significabatur, cum DEVS mandauit Moyfi, montem vt ascenderet, se allocuturus; cui etiam præcepit, vt non modò ipse solus ascenderet, filij Israel ad montis radicem relictis; sed etiam, ne vel in montis conspectu pecora iumentaque pascereantur. *Stabisq; mecum super*

incurrant detrimta, qui Appetitum à Creaturis perfecte non diuellunt.

Qui aliquid simul cum DEO amare vult, parui facit DEVM. & quare?

super verticem montis, nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem: boues quoque & oves non pascantur e contra. Docens hoc factum; Animam quæ montem perfectionis ad agendum cum Deo cõsensura sit, non solum debere vniuersas res repudiare, verum etiam non debere pati Appetitus suos, qui sunt velut bestiar, in montis conspectu capere cibos: hoc est, alijs rebus, quæ non sunt purè Devs oblectati, in quo (id est Deo) perfectionis statu adepto, omnis Appetitus cessat & quiescit. Quare necesse est, vt hoc iter & ascensus, nihil aliud sit, quàm continua sollicitudo refrenandi seu abnegandi hos Appetitus. Tantoque citius & expeditius perueniet Anima ad perfectionis montem, quanto diligentius & feruentius rei huius incubuerit. Verum antequam cessent mortificentur quæ Appetitus, nullo pacto illuc perueniet, quantumuis in virtutibus sese exercent: deest enim illi perfecta eorum assecutio, quæ in eo sita est, vt Anima sit ab omni Appetitu denudata, vacua & repurgata.

Huius quoque rei viam habemus figuram in libro Geneseos, vbi legimus, quod cum Patriarcha Iacob Montem Bethel subire cuperet, ibique Deo altare, in quo sacrificium illi offerret, erigere; prius omnibus suis tria præstare mandauit. Primo, vt vniuersa idola prorsus abijcerent. Secundo, vt sese purificarent. Tertiò, vt vestimenta sua mutarent. *Iacob verd conuocata omni domo sua ait: Abijcite Deos alienos: qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* Quibus rebus erudimur; Animam quæ montem hunc Perfectionis conscendere, seque ipsam in eo in altare, in quo Deo sacrificium puri amoris, laudis, ac reuerentiæ offeratur, erigere voluerit, priusquam verticem montis attingat, tria superius descri-

pta, perfectè præstare debere. Primo loco, omnes Deos peregrinos procul à se remouere debet, qui sunt vniuersi peregrini amores, & adhesiones. Secundo repurgare reliquias, siue maculas, quas huiusmodi amores seu Appetitus in Anima reliquerunt, idque obicura sensus Nocte (de qua sumus locuti) abnegando scilicet illos, discretèque de admissis illis penitendo, perficiat. Tertiò demum, vt ad sublimem montem hunc euehatur, vestimenta mutet, necesse est. Quæ profectò medijs primis duabus operationibus, ipse Devs ex vetustis in noua permutabit; collocando Animam in nouo quodam modo intelligendi DEVM in Deo, abiecto ac relicto, pristino intelligendi modo humano, nouum quoque DEVM in Deo amandi modum conferet, denudatam iam voluntate omnibus suis pristinis affectionibus, amoribus ac delectamentis humanis, hocque modo reponendo Animam in quadam novâ nouitiâ, abyssalibusque delicijs, profligatis iam procul alijs nouitijs, ac imaginibus antiquis; faciendo demum cessare, omne illud quod est hominis antiqui, omnem videlicet habilitatem, aptitudinem esse naturalis, illamque induendo noua, & supernaturali habilitate, secundum omnes eius potentias. Ita vt omnis eius humana operatio, versa sit in diuinam, quæ res, in vnionis statu obtinetur: in quo ad nihil aliud deseruit Anima, nisi vt sit altare in quo DEVS per sacrificium laudis & amoris adoratur, solusque in ea DEVS commemoratur. Et propterea iubeat ipse, vt altare, in quo sacrificia offerenda erant, intus vacuum inaneque esset: *Non solidum, sed inane, & Exod. 27. cauum intrinsecus facies illud*, vt Anima intelligat quam vacuum illam ab omnibus rebus cupiat DEVS, vt dignum esse altare

B possit,

B.
Ioaannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

possit, in quo Maestas sua commoretur. Prohibebat etiam DEVS, proculque arcebat ab altari suo alienum ignem, nec proprium vnquam abesse iubebat: adeo vt quoniam Nadab & Abiu filij summi Sacerdotis Aaron, alienum ignem altari suo intulerant, iratus ipse, continuo illos ante ipsum altare, interemerit. *Arreptisque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribus posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eū praeceptum non erat. Egressusque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino.* vt hinc intelligamus, neque abesse debere ab Anima Amorem diuinum, vt esse possit dignum altare, neque alienum illi amoris ignem esse permiscendum, Deo quicquam aliud vna secum morari non consentienti. Quare primo Regum libro legimus, quod cum Philistaei testamenti Arcam templo DEI sui intulissent, apparuit quotidie mane idolum solo stratum, ac vltimo in frustra comminutum, illum solum Appetitum admittit DEVS, secumque commorari sinit, qui ad perfectam legis diuinæ obseruantiam, Crucisque CHRISTI tolerantiam, animum fleat. Vnde non legimus in sacris litteris, aliquid aliud praecepisse DEVM in Arca, in qua Manna continebatur reponi, quam legis librum: *Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcae foederis Domini Dei vestri, & Moysi Virgam, quæ figuram crucis praeferbat: Reseruit virgam Aaron in tabernaculum testimonij.* Nam Anima, quæ nihil aliud ambiet quam perfectè legem Domini obseruare, Crucemque Christi tollere: erit vera Arca, quæ in se verum Manna, quod est ipsemet DEVS, continebit.

Leuit. 10.
1.

1. Reg. 5. 2.

Exod. 16.
33.

Deut. 31.

26.

Num. 17.

30.

CAPVT VI.

In quo duo praecipua detrimenta, quæ Appetitus Anima infirmæ, Priuatiuum vnum, Positiuum alterum exponuntur, sacrarumque litterarum auctoritatibus comprobantur.

VT autem manifestius, copiosiusque dicta percipiatur, expedit hoc loco declarare, quo pacto Appetitus isti, duo praecipua detrimenta inferunt Animæ. Vnum est, quia eam diuino Spiritu priuant: aliud verò, quia Animam in qua illi viget, defatigant, torquent, obscurant, sedant, ac debilitant, iuxta quod Ieremias dixit. *Eram de Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Duo hæc mala, vnicuique appetitus actus, in Animam inuehuntur. Manifestum quippe est; quòd deo ipso, quòd Anima alicui rei creatæ afficitur, quòd Appetitus seu affectus ille profundiores in Animam radices miserit, plusque entitatis habuerit; eo minus illi capacitatis respectu DEI remansurum: Nam sicut capite quarto docuimus, duo contraria in vno subiecto consistere nequeunt. Amor autem DEI, & creaturæ, contraria sunt, nec simul coherere possunt. Quæ enim comparatio esse potest creaturæ cum creatore; sensibus subiectæ rei, cum spirituali; visibilis cum invisibili; temporaneæ cum æterna; cibi cælestis puri ac spiritualis cum cibo sensus purè sensibili; nuditatis Christi cum adhesionem alicuius rei? Quare sicut in naturali generatione, non potest vna introduci forma, antequam expellatur prius à subiecto contraria, præcedens, quæ quamdiu ibi reperitur, aliam impedit, obmutuam

Appetitus
Animam
Diuino
priuant
spiritu.

Eram de
Duo mala
fecit populus
meus: me
dereliquerunt
fontem aquæ
viuæ, &
foderunt sibi
cisternas,
cisternas
dissipatas,
quæ continere
non valent
aquas.

Iere. 2. 13.

Duo hæc
mala vnicuique
Appetitus
actus
incurran-

tur.

mutuam illorum contrarietatem: Eodem modo, in quantum Anima spiritui sensibili & animali se subdit, non potest spiritus purè spiritualis illam ingredi. Ideo enim Saluator noster apud S. Marthæum dixit. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mutere canibus.* Et alibi. *Nolite dare sanctum canibus.* Quibus in locis, confert Dominus noster illos qui abnegatis, & repudiatis omnibus creaturarum Appetitibus sese ad suscipiendū purè Dei spiritum, disponunt; filijs; eos verò, qui Appetitus suos in creaturis pascunt, canibus, filijs enim Patris mensæ assistere, cibumque in ea ex eadem lance sumere permittitur, quod nihil aliud est, quam suo spiritu pasci, Canibus verò, micæ solum, quæ de mensa cadunt, conceduntur. Quâ in re sciendum est; vniuersas creaturas micæ seu fragmenta quædam esse, quæ ex mensa Dei ceciderunt. Vnde meritò canis appellatur, qui creaturis pascitur: ideoq; auferuntur illis filiorum panis, eò quod nolint sese à creaturarum micis erigere, ac ad mensam spiritus increati Patris sui, aspirare. Et propterea merito canum instar, semper patiuntur famem: micæ enim potius prouocant Appetitum, quam satiant famem. Et de huiusmodi loquitur David: *Famem patientur vt canes, & circumbunt ciuitatem; si verò nō fuerint saturati, murmurabunt.* Hoc enim est illorum proprium, qui appetitibus indulgent, vt semper sint inspidi, & minimè satisfacti ad similitudinem eius, qui famem patitur. Quæ igitur comparatio esse potest famis seu inedia, quam excitant creaturæ omnes, cum satietate, quæ ex spiritu Dei promanat? Propterea nequit hæc diuina satietas, animam subire, antequam eliminetur ex ea hæc Appetitus famis, siquidè vt dictū est, non possunt duo cōtraria eidem subiecto inesse, sicut sunt famis & satietas. Ex dictis

apparet; maius quodammodo laboriosiusq; opus esse, quod DEVS, mundando purificandoq; vnâ ex Animabus istis ab huiusmodi contrarietatibus, efficit, quam in creanda illa ex nihilo. Nā huiusmodi Appetituum affectionumq; cōtrarietates, videntur plus impedire DEVM, quam ipsum nihil: hoc enim Maieitati suæ non repugnat; Appetitus verò creaturæ, renititur. Et hæc nunc satis sint, quātum ad primū præcipuumq; detrimentum attinet, quod Appetitus Animæ inferunt, nēpe spiritui DEI repugnare, sicut supra multis ostendimus.

Loquamur iam de altero effectu, detrimento videlicet Positiuo, quod Appetitus in Anima producit: quod est multiplex: Appetitus siquidem defatigant Animam, Attingunt, Obtenebrant, Maculant, & Debilitant. De quibus quinque rebus singillatim agemus.

Quod ad primū spectat, perspicuum est, Appetitus Animam inquietam reddere, & defatigare: sunt enim similes puerulis inquietis, & quibus difficile satis fit, qui semper à matre sua nunc hoc, nunc illud exigunt, nec vnquam contenti sunt. Et quemadmodum lassatur ac defatigatur ille, qui cupiditate stimulante thesaurum eruit: sic delassatur & laborat Anima in consequendis ijs, quæ ab ea Appetitus requirunt. Et quamuis ijs potiatur, tandem semper defatigatur, eò quod nunquam satietur: sunt enim cisternæ dissipatæ, ex quibus haurit, quæ non possunt continere aquam, ad eius sitim explendam. Et idcirco Itaias dixit: *Lassus adhuc sitit, & Anima eius vacua est.* Sicque Anima Appetitibus subdita lassatur, & defatigatur: est enim veluti ille, qui calida febris laborat, qui nunquā quietit, sitisq; eius per singula crescit momenta, donec euanescaat febris. Nā sicut in lib. Iob dicitur: *Cum satiatus fuerit auertabitur, astuabit, &*

Maius opus efficit Deus expurgando animam, quâ creādo eam ex nihilo.

Appetitus inquietat Animam.

Appetitus cisterna dissipata, non valens continere aquā.

Isa. 29. 8.

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

Iob 20.22
Appetitus
saucians
Animam.

Isa. 57.20

omnis dolor irruet super eum. Præterea defatigatur & affligitur Anima ab Appetitibus suis, quia sauciatur, agitur, ac ab illis sicur aqua à ventis validis perturbatur: quæ etiam isto agitatam commotamq; modo, nullo loco, nullaq; in re consistere patiuntur. De huiusmodi Animabus locutus est Isai. *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest:* Impius autè ille est, qui Appetitus suos non superat. Tandem fatigatur & affligitur Anima, quæ Appetitibus suis satisfacere cupit: est quippe instar illius, qui eum laborat fame, ore hianti vètos haurit: tantumq; abest vt saturetur ijs, vt etià magis ac magis exarescat, cum ille nequaquam sit cibus ei aptus. Ac propterea de huiusmodi Anima pronunciat Ieremias.

Iera. 2.24.

In desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui. Et paucis interiectis, significando ariditatem, quam talis Anima patitur, hunc

Ibid. n. 25.

in modum illam adhortatur: *Prohibe pedem tuum* (id est, cogitatus tuos) *à nuditate, & guttur tuum à siti,* nempe voluntatem tuam ab Appetitus satuitate cohibe, quæ ardentior excitat sitim, & sicut lassatur, & fatigatur ambitiosus in die expectationis suæ, quando spe sua frustratus est; ita lassatur, & fatigatur Anima cum omnibus appetitibus satisfacit, quandoquidè maiorem ei vacuitatem, & esuriam pariunt. nam sicut vulgò dicitur. Appetitus est instar ignis, cui si lignorum pastus addatur, augetur; quibus consumptis, omnino eum deficere necesse est. Imò deterioris naturæ, hac in parte est Appetitus igne: ignis siquidem lignis absumptis minuitur, at Appetitus, illud augmentum, quod sibi satisfaciendo acquisiuit, haud quaquam diminuit, deficiente etiam eius obiecto seu materia; sed vice decrementi (sicut igni euenit materiâ eius subtrahâ) laborando ipse in semetipso ardetur & consumitur, aucta est enim eius

esuries, & imminutus cibus. Et hac de re locutus est Isaias. *Declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur.* Illi enim qui Appetitus suos minimè abnegant, quando ad iter DEI carpendum, quod per dexterâ significatur, deflexerint; merito famem patientur: nequaquam enim dulcis spiritus satietatem promerentur. merito quoque cum ad sinistra, ad cibos capiendos declinarint (quod nihil est aliud quàm Appetitum alicuius creatæ rei pastu delinire) nò expleant famem, quia eo, quod illis solum saturitatem adferre potest, prætermisso, ijs, quæ potius irritant famem, pascuntur. Liquidò itaque patet, Appetitus de lassare, ac defatigare Animam illis obnoxiam.

Isa. 9. 10.

C A P V T VII.

Quomodo Appetitus cruciant Animam; quod etiam similitudinibus ac auctoritatibus comprobatur.

Secundus detrimenti Positiui modus, quem Appetitus Animæ inferunt, est: quòd eam cruciant ac affligunt: idque ad instar illius, qui alicui alligatus loco, funiù extensione torquetur. nec quiescit, antequam se tormentum huiusmodi euasibile sentiat. De quibus loquitur Dauid. *Pl. 118. 62.* *Et in esuritione mea (qui sunt Appetitus) circumplexi sunt me.* Et quemadmodum cruciatur ac affligitur, qui nudus spinis ac aculeis incubat, sic torquetur Anima, Appetitibus suis innixa, nam velut spinæ eam feriunt, cruciant, detinent, ac dolorem illi insigunt. De quibus itidem dixit Dauid. *Pl. 117. 11.* *Circumderunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis.* In Appetitibus enim, qui sunt spinæ, angustiatum & cruciatum ignis excreuit. Et sicut arator stimulo affligit, virgetque

virgetque arantem bovem, / cupiditate mellis, quam expectat inductus: ad eundem prolium modum, concupiscentia, medio Appetitu, affligit Animam, ut id quod optat adipiscatur. Quæ res manifestè patet in cupiditate & Appetitu illo ingenti, quo ardebat Dalila, explorandi, quamam in re sita esset tanta Samsonis fortitudo, ut scriptura dicat, ad eum illum, ab ea assiduum defatigatum que fuisse, ut penitus defecerit. *Defecit Anima eius, & ad mortem usq; lassata est.*

Quò vehementior intensiorque fuerit Appetitus, eò acrius animam torquet. Ita ut tantum cruciatus sustineat Anima, quantum Appetitui indulget: eoque plura patiatur tormenta, quò pluribus subdita fuerit Appetitibus. Impleturque in huiusmodi Anima, in præfati etiam vita, illud Apocalypsis. *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & lucrum.* Et sicut affligitur ille, qui in suorum inimicorum potestatem devenit; sic cruciatur Anima, quæ suas sibi Appetitiones prævalere sinit, cuius rei expressam videre est figuram, in robusto illo Samson: qui cum antea ad eum esset potens, liberque Israelitici populi iudex, postquam in sibi adversantium manus incidit, suo ab illis priuatus est robore, oculisque orbatus, ac molendino ad cominuendum frumentum alligatus, quo loco ad libitum, ab illis tortus fuit & affligitur. Id ipsum evenit Animæ, quam isti Appetituum inimici occupant, ac superant: in primis enim debilitant illam, & excæcant, ut iam dicturi sumus: & confestim sic affectam, cruciant & affligunt; concupiscentiæ molendino illam adstringentes: lequei portò, quibus illam innectunt, ipsi sunt Appetitus. Quamobrem miseris Deus cuiusmodi hominum, qui tanto cum labore & sumptu, famem ac sitim Appetitus

sui in Creaturis expleat, hunc in modum eos per Isaiam compellat: *Omnes sitientes, (appetitusq; indulgentes) Venite ad aquas; & qui non habetis argentum (voluntatis propriæ) properate, emitte, & comedite: venite, emite vinum & lac. (hoc est pacem & suavitatem spiritus) absque argento voluntatis propriæ, absque vlla commutatione, id est, absque vilo huiusmodi laboris sumptu, qualem ob Appetitus vestros explendos, impenditis. Quare appenditis voluntatis vestræ propriæ argentum, non in panibus (hoc est non in diuino spiritu conquirendo) & laborem Appetituum vestrorum, in eo, quò illos satiare nequit. Audite audientes me & comedite bonum quod optatis, & delectabitur in crassitudine Anima vestra. Ad pinguedinem verò seu crassitudinem hanc peruenire, nil aliud est, quam vniuersarum creaturarum gustus seu delectamenta deferere. Creatura si quidem cruciat, spiritus verò diuinus, refocillat. Quare inuitat nos Dominus per S. Mattheum dicens. *Venite ad me omnes cruciati, afflicti, & onere sollicitudinum appetituumque vestrorum depressi, egredimini ab illis, veniendo ad me, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. quâ vos Appetitus Vestri priuant, cum sint pondus immensum, ut expressit David dicens: *Sicut onus graue grauata sunt super me.***

CAPVT VIII.

Qua ratione Appetitus obtenebrant Animam, idq; similitudinibus, sacrarumq; literarum authoritatibus confirmatur.

Tertium, quod Animæ inferunt effrenes Appetitus, no cumentum est; cæcitas

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

citas seu obtenebratio ipsius. Quemadmodum enim exhalationes obnubilant aërem, nec solem splendescere patiuntur; vel sicut speculum halitu infectum, non potest clarè intuetis faciem in se recipere, vel sicut aqua lutulenta, non bene aspicietis vultum exprimit: ad eundem modum Anima Appetitibus suis seruiens, quantum ad intellectum spectat, tenebris est obuoluta nec locum præbet, ut vel à rationis naturalis sole, vel à supernaturali DEI sapientia, penetraretur ac illustraretur. Vnde Regius Propheta Dauid ad hoc propositum loquens ait. *Cōprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut viderem.* Et in eo, in quo Anima secundum intellectum obtenebrescit; secundum voluntatem etiam languet, pigrescitq; & secundum memoriam incrassatur: & inepta fit, & à sibi debita operatione deflectit. Cum.n. istarum potentiarum actiones ab intellectu pendeant: eo impedito, necesse est illas quoq; turbari, ac à debito ordine resilire. Quamobrem dicit Propheta Dauid, *Anima mea turbata est valde.* Quod perinde est ac si dixisset: eam in suis potentijs à debita operatione declinasse. Quemadmodum enim diximus, nec intellectus in tali statu capax est illustrationis diuinæ sapientiæ percipiendæ, sicut nec tenebris imbutus aëris splendoris solis, nec voluntas ad DEVM in seipsa per amorem purunt complectendum idonea est, sicut nec speculum halitu tinctum, inspicientium vultum ora commode referre valet: nec memoria tenebris appetitus obfucata, apta est ad serenè imbibendam DEI imaginem, quemadmodum etiam aqua cœnosa, faciem se intuentis clarè non repræsentat.

Anima appetitui subdita nec à naturali lumine, nec à supernaturali illustrari potest.

Psa 39. 13.

Anima passionibus obnoxia voluntas languet, memoria incrassatur.

Psal. 6. 4.

Appetitus omnino ex se cæcus est & anima que eum

Excæcat præterea & tenebris insepelicit appetitus Animam: nā Appetitus quæ appetitus, cæcus omnino est, non, n. ex se ratione respicit: ratio verò est illa, quæ sem-

per itinere recto ducit ac dirigit Animā in suis operationibus. Hinc prouenit, quod quotiescunque Anima Appetitu suo regitur, cæcitatē incurrat: perinde enim est ac si ille, qui rectè videt, ab eo, qui oculis est destitutus duceretur, quod tantum valet, ac si ambo oculis essent orbat. Illud autè quod hinc sequitur id ipsum omnino est, quod Dominus noster apud S. Math. dixit. *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Parum profectò prostant oculi papilionis, si appetitu pulchritudinis lucis stimularus, veluti infascinat in igne insillit. Vnde rectè affirmare possumus de illo, qui appetitu suo allicitur, eum esse instar piscis, lumine piscantiū stupefacti, cui lux illa potius tenebras offundit, ne damna à piscatoribus sibi iminentia animaduertat. Quam rem egregiè explicauit Dauid, de huiusmodi loquens: *supercecidit (inquit) ignis, & non viderunt solem.* Appetitus quippe est velut ignis, qui calore suo inflammat, splendore verò oculos perstringit. Id ipsum omnino Appetitus in Anima operatur, succendit enim concupiscentiam, & intellectum taliter offuscatur, ut illum naturali sua luce perfrui nequaquam patiatur. Offuscationis porro seu deceptionis causa, est, alterius peregrinæ & distinctæ lucis, inter potentiam visiuam & obiectum interpositio: tunc enim intuitiua facultas allicitur & pascitur luce illâ, quæ intercedit, nec aliâ intueri valet. Cum autè Appetitus tunc temporis adeo Animæ proximus sit, ac in eius conspectu constitutus, impingit miser in hanc primam lucem, illaq; pascitur, sicq; non permittit Animam verâ suâ luce claræ intelligentiæ perfrui, quam etiam minimè aspiciet, antequam appetitus, offuscatio seu falsa lux profugetur. Hinc merito deflenda est quorundam inscitia, qui inordinatis sese onerant vitæ asperitatibus, alijsque multis loquor

sequitur semper magis cæcatur.

Mat. 15. 14

Psal. 57. 9.

Quia sit causa obfucationis anime ab appetitibus & quomodo id fiat, mirabili doctrina.

Insuper quorundam spiritualis ignorantia qui aijera

RUNC

nunc de voluntarijs seu sponte susceptis) parum discretioni conformibus exercitijs. spem suam in illis reponentes, seq; illis solis, abiq; mortificationis appetituum suorum in alijs rebus studio sufficiēter ad Divinae Sapientiae Vnionem peruenturos arbitrātes. Verūm aliter res sese habet: haud quaquam. n. eo attingent, nisi omnem adhibeant curam, in istis appetitib; resecandis, si enim huiusmodi homines, saltē dimidium laboris sui, quem dictis exercitijs impendunt, in studio mortificationis appetituum collocarent; multo amplius mētibus vnus interstitio proficerent, quā multis annis, ceteris omnibus exercitamentis. Sicut enim ad hoc, vt terra fructus profert, labore subigenda est, aliās inutiles noxiaeq; herbas producuta; sic ad hoc vt Anima in via DEI progrediatur, mortificatio appetituum protius necessaria est, sine qua (autim affricare) nō plus in vitæ perfectione, DEI ac sui cognitione, vniverso etiam conatu adhibito proficiet, ac ille, qui in agro, aratro & stiva nō subactō, semina spargit. Vnde nec tenebræ, nec animæ inertia seu ruditas euanescent, antequam Appetituum incendium suffocetur.

Sunt enim Appetitus velut catharaetæ, aut sicut labeculæ quædam in oculis, quæ antequam abstergantur, visionem præpediunt. Quamobrem contemptus David tallam cæcitatem, quamque Animas suas Appetitibus, immortificatis, à veritatis claritate intuenda præpeditas habeant, & quantum indignetur illis Deus, in hunc modum eos alloquitur. Priusquam intelligerent spina vestra hanc annam, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Hoc est; priusquam spinæ vestræ, quæ sunt appetitus vestri obdurescant, ac ex mollibus spinis in densa crescedo dumeta, euadant, sicq; diuinum intuitum præpédiant; sicut interdum viuenti-

bus euenire solet, quorum mortalis vitæ filū, in ipsius medio multoties succiditur, sic diuina ira eos absorbebit. Illos enim, in quorum Animabus appetitus viuunt, ac vigent, hocq; modo notitiam diuinam interturbant, absorbebit in ira sua; vel in futura vita asperitate pœnarum purgatoriarum; vel certè in præsentī, afflictionibus ac tribulationibus, quas ad ablaetandas eas ab appetitib; proprijs illis immitter, vel deniq; mortificatione ipsorum appetituum intercedente: vt hac ratione obstaculum illud, seu medium falsæ Appetitus lucis, quæ inter Deū nosq; ipsos interponebatur, auferatur, quæ etiā nos decipiebat, ac ab illius cognitione præpediebat, sicque serenato intellectus incuitu, strages quā Appetitus animæ intulerāt, reparatur.

O si hominibus protus exploratum esset, quanto lucis diuinæ thesauro hæc illos cæcitas, quam Appetitus propriij inferunt, priuet; & in quor mala ac detrimenta illos quotidie præcipites agat, donec illos omnino mortificent ac abnegent! Nec enim est cur intellectu perspicaci, seu donis, à DEO susceptis fidant, vt existiment, se (si Appetitui vel concupiscentiæ obnoxij sunt) cæcitatē ac tenebrarum labem euasisse, nec pedetentim in deteriora lapsuros. Quis enim vnquam obsecro dixisset, virum adeo sapientia insignem, diuinisq; donis refertum, ac erat Salomon ad tantam cæcitatē, & voluntatis teporem deuoluendum, vt in vltima sua ætate, altaria idolis erigeret, illisque cultum diuinum exhiberet? Ad quem miserabilem statum incurrendum, satis illi fuit mulierum amor, & in coërcendis Appetitibus, cordisque sui delectamentis incuria, siquidem ipse ore proprio de se asserit in Ecclesiastico: Omnia (inquit) qua desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni

Quæ pernitiosa sit anima cæcitas, ex appetitibus oritur.

3. Reg. 5. 34.

Eccles. 1. 10.

volu-

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica

LVII

.120

voluptate frueretur. Tantumque effrenis hæc Appetitum licentia in eo valuit, ut licet in vitæ suæ exordijs satis esset prouidus & cautus; quia tamen non eos omnino repudiavit, pedetentim intellectum eius adeo excæcarunt, ut summum illud, quod DEVS illi instillarat sapientiæ lumen, profus obruerent, DEVMQUE in ipsâ senectute desereret. Quod si huiusmodi nocumenta inferre potuerunt Appetitus homini, qui tantam noticiam adeptus erat, distantia boni & mali; quid non in nostra inertia ac stupiditate Appetitus immortificati efficiunt? siquidem ut Dominus de Niniuitis ad Ionam Prophetam dixit: *Qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam.* Quolibet enim & nos momento, malum reputamus bonum, & bonum malum, quæ res etiam nobis profus innata est. Quid igitur sperandum erit, si innatis nobis tenebris, addatur Appetitus? Nihil profecto aliud quam illud, quod deplorans Isaias dixit, cum ijs loquens, qui suis appetitibus obsequuntur. *Palpauimus sicut cæcis parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus, impegimus meridie, quasi in tenebris.* Et eò vtique cæcitas nostra deuenit, ut in ipsâ meridie impingamus; non aliter ac si in ipsis tenebris versaremur. Hoc siquidem proprium est illi, qui Appetitu excæcatur, quod in medio etiam veritatis, acieus, quod sibi expediret, cognitionis, constitutus, non plus illam animaduertat, quam si obscuris tenebris inuolueretur.

Ions 4.

Is. 59. 10.

CAPVT IX.

Qualiter Appetitus fedant Animam, quod similitudinibus & sacrarum literarum auctoritatibus comprobatur.

Quartum detrimentum quod Appetitus rebelles Animæ inducunt, est; quod illam fedant ac commaculant: secundum illud quod Ecclesiasticus prodidit dicens. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Tunc verò quispiam picem tangit, cum in aliqua Creatura Appetitibus voluntatis suæ satisfacit. In quibus sacre Scripturæ verbis, animaduertendum est, picem contulisse creaturas Sapientem, Latius quippe discrimen patet inter præstantiam cuius capax est Anima, & illud, quod in omnibus excellit creaturis; quam sit inter purissimum adamantem seu aurum obrizum, & atram picem. Et quemadmodum adamas vel aurum, si liquæz picis superponeretur, secundum profecto & illinitum remaneret, iuxta maiorem vel minorem picis liquefactionem, sic Anima calore Appetitus, quo alicui creaturæ rei afficitur, resoluta, illius sibi immunditiam attrahit & maculas. Plus etiam Anima à cæteris corporeis differt creaturis, quam lymphidissimus liquor, à fœcumento cæno. Vnde sicut conspurrearetur huiusmodi liquor luti admixtione; eadem profusuratione, sordescit Anima, quæ amore adheret creaturæ, sit enim illi similis. Et sicut atra fuligo, speciosæ faciei impacta, rotam eam deformat; ad eundem modum deformat, & commaculant deordinati Appetitus Animam illis subiectam: quæ si in se spectetur, est pulcherrima, absolutissimaque DEI imago. Quam ob causam deplorans Hieremias turpitudinis stragem, quam deordinati amores Animæ inferunt, primo loco illius pulchritudinem recenset, immediate vero eius deformitatem; dicens. *Candidiores Nazarei eius (scilicet Anima) niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis.* Per capillos hoc loco,

Ecc. 12. 1

Quantum Nobilitas anima, excelsior omnino corporeis creaturis.

Tren. 4. 7

loco, affectus ac Animæ cogitationes intelligimus, qui in Deum, secundum ordinem ab eo præscriptum, id est, in ipsum et relati, candidiores sunt niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, & Saphiro pulchriores. His quatuor rebus vniuersa creaturarum corporeatū pulchritudo & præstantia continetur, quas Anima eiusque actiones, quæ sunt dictæ Nazarethi & Capilli, superant: quibus ab ordine debito deniantibus, & ad ea, quæ à Deo minime sunt eis statuta, deflectentibus: hoc est, ad res creatas propendentibus, denigratur, ut dixit Hieremias, facies super carbones. Vniuersa itaque hæc, & multò plura, pulchritudini Animæ inducunt dāna, deordinati Appetitus. Idque ranteperè, quod si loquendum esset, ex instituto, de turpi abominabilique formā, quam Appetitus Animæ inducere possunt, non possemus rem adeò vercibus immunditijque scitatem, ac est illa reperire, aut scditatem, quæ ei valeret adæquare. Licet enim minimè inficias ire possimus, deordinatam Animam, quantum ad eius naturalem substantiam pertinet, ita perfectam absolutamque, ac à Deo condita est, remanere: quantum tamen ad esse rationale seu rationis spectat, deformis est, immunda, & obscura: omniaque illa, & his multò ampliora, de quibus locuti sumus, mala incurrit. Ad eò ut vnus solus deordinatus Appetitus (vt postmodum dicturi sumus) quamuis nò versetur circa materiā læthalis peccati, maculet & deturpet Animam, illamque ineptam efficiat, quo minus Deo, antequam Appetitus ille repurgetur, per Vnionem perfectam copuletur. Qualis igitur deformitas erit Animæ illius, quæ totaliter in proprijs passionibus suis deordinata est, ac in manus Appetituum suorum omninò deuenit, quamque longe à diuina puritate distabit? Nullis verbis

dignè exprimi potest, nulloque intellectu comprehendi, immunditiarum varietas, quam Appetituum diuersitas Animæ inurit. Si, n. explicari posset, appareret perfectò res admirabilis, nec minus commiseratione digna, cernere videlicet, qua ratione quilibet Appetitus, secundum suam proprietatem ac intentionis gradum, relinquit cicatricem: suæque turpitudinis ac immunditiæ sedem in Anima, vnusquisque suo proprio modo, figit. Quemadmodum enim iusti Anima, in vna sola perfectione, quæ est ipsius Animæ rectitudo, innumera ditissimaque bona, nec non multas ac pulcherrimas virtutes possidet, quarum vnaquæque formosa est, & ab aliâ distat, secundum multitudinem & discrimen actuum amoris, quo sergia Deum exercuit: ad eundem modum deordinata Anima, iuxta Appetituum suorum circa creaturas varietatem, continet etiam in se miserabilem immunditiarum vilitatumque varietatem, qualem in ea dicti Appetitus, depingunt. Hæc immunditiarum varietas, rectè apud Ezechielem figurata est: apud quem scribitur, ostendit Deum Prophetæ huic in interioribus templi, circumquaquæ depictos patietes imaginibus reptilium, & abominationibus immundorum animalium. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa Idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Tuncque Deum Ezechielem dixisse: Fili hominis, nonne vidisti abominationes pessimas quas isti faciunt hic? Præcepitque illi Deus, vt interiora magis ingrederetur, maiores eum adhuc dicens, conspecturum abominationes. Dicitque se vidisse ibi mulieres sedentes, ac Adonidem amorum Deum plangentes, Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Insuper cum illi mandasset Deus, vt adhuc interiora

Vnusquisque deordinatus appetitus, secundum suam proprietatem & intentionis gradum, relinquit cicatricem suæ turpitudinis in anima. Pulchra huius rei similitudo.

Immunditiarum a-nime appetitibus subdita varietas. Ezech. 8. 10.

Ibid. n. 14.

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

120

Ibid. n. 16.

riora magis intraret, quò maiores abominaciones cerneret, dixit seibi vidisse viginti quinque viros, dorsa habentes contra templum Domini. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini.* Discrimina reptilium ac animalium immundorum, quæ in primo templi secretior loco depicta erant, cogitationes sunt, & intellectus res terrenas abiectasque meditantis conceptiones: quæ cum sint tantoperè sempiternis rebus oppositæ, commaculant Animæ templum, quæ huiusmodi rebus intellectum suum, qui est primum Animæ cubiculum, depingit. Mulieres, quæ interius in secundo cubiculo morabantur, plorantes Adonidem, Appetitus sunt, qui in secundâ Animæ potentiâ, quæ est voluntas, versantur: qui veluti plorant, dum illud appetunt, cui voluntas est amore agglutinata: quæ profectò nihil aliud sunt, quàm illa immunda animalia, vermesque deformes in intellectu depicti. Porro viri, qui in tertio cubiculo morabantur, Phantasæ sunt ac imaginationes creaturarum, quas asseruat & reuoluit tertia Animæ potentia, quæ est Memoria. De quibus etiam senibus dicitur; eos terga templo obuertisse: quando enim Anima, per istarum potentiarum actus aliquid terreni complexa est, optimè de illa pronunciaripotest, eam Dei templo, quod est recta Animæ ratio, dorsum obuertisse, quæ nullam in se creaturam DEO contrariam, admittit. Hucusque dicta sufficiant, ad pernoscendam saltem ex parte turpem Animæ per suos appetitus deordinatione, si enim de vniuersis Vnionis Diuinæ impedimentis, quæ Animæ imperfectiones adferunt, nec non de eorum varietate, sin-

gillatim agere vellemus; si etiam damnabilium peccatorum, (quæ sunt multo illis maiora, quæ imperfectiones adducunt) & maximam eorum varietatem recensere; si turpitudinem, quam appetitus mortalis peccati causant (quæ est vniuersalis Animæ feccitas) si maximam illorum differentiam diuersitatemque describere; nunquam tractationi huic finem imponeremus. Id idolum ad præsens institutum affirmo, quemlibet minutissimæ etiam imperfectionis Appetitum obscurare, ac perfectam Animæ cum DEO vnionem præpedire.

CAPVT X.

Quemadmodum Appetitus tepesciunt Animam, eamque in virtutis exercitio imbecillam reddunt. Quod similitudinibus sacræ pagine auctoritatibus comprobatur.

Quintum nocumentum, quod Anima ab Appetitibus sustinet, est; quod eam tepesciunt, debilitatque, ne virtutis iter arripere, ac in eo persistere valeat. Eo siquidem ipso, quod Appetitus robur seu vis in plura diffunditur, imbecillior ille remanet, quàm si vni soli rei integrè adhaesisset: quantoque pluribus inhiat rebus, tanto minor est respectu singularum. Et ideo afferunt Philolophi, virtutem vnitam fortiolem esse seipsa dispersa. Hinc itaq; manifestè patet, quod si voluntatis Appetitus, aliò extra virtutem diffusetur, eum debiliorem omnino, pro assequenda virtute remansurum. Quare Anima, quæ voluntatem diuersis quilibet occupauit, est veluti aqua, quæ dum in inferioribus diuersis effluit rimis, ad superiora non conscendit, sicq; nullam affert vtilitatem. Propterea Patriarcha

Iacob,

Cur appetitus debilitat animam?

Gen. 29. 4
 Jacob, filium suum Ruben, aquæ effusæ, eò quod Appetitui suo in quodam crimine indulsisset, comparauit dicens. *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Ac si patentius pronunciaisset, quia instar aquæ secundum Appetitus, effusus es, non cresces, seu non proficies in virtutibus. Et quemadmodum aqua calefacta, nisi tegatur, facile calorem amittit; vel sicut aromaticæ species reterctæ, & extra inuolucra politæ, fragrantiam odoremque euaporant: ita Anima, quæ vniuersas vires suas, soli amoris diuini non applicuit, calorem ac virtutis vigorem amittit. Quam rem optimè assecutus Dauid dicebat. *Fortitudinem meam ad te custodiam:* retrahendo nimirum vim Appetituum meorum, eamque in te solum dirigendo. Præterea, enervant Animæ robur Appetitus effrenes: sunt enim veluti arbuta & virgulta quædam arboribus adnascens, quæ earum succum ebibunt, minusque eas fertiles efficiunt. De huiusmodi Animabus loquitur Dominus. *Va autem pregnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* Per grauiditatem hanc ac nutritionem, significati voluit Appetitus; qui nisi retundantur, semper Animæ vires imminuent, incrementumque, in eius perniciem, capient: sicut & crescentia virgulta, arbori detrimentum inferunt. Quamobrem Dominus dat nobis consilium dicens. *Sint lumbi vestri praecincti.* qui Appetitus hoc loco significant; qui etiam veluti hircines sunt, quæ venarum sanguinem sugunt, hoc quippe eos appellat nomine Sapientis dum ait. *Sanguis-suga dua sunt filia* (Appetitus videlicet) *dicentes: affer, affer.* Vnde patet, nullum Appetitus commodum adducere Animæ, immò multas illam priuare bonis: & nisi mortificatione relectentur, non desistunt omnino, antequam id ipsum efficiant, quod

viperarum filij, suis matribus: qui dum in ventre succrescunt, matris suæ visceribus pascuntur, eamque interimunt, hocque pacto ipsius dispendio viuunt. Adeundem modum immortificati Appetitus, eousque perueniunt, vt Animam macent, ipsiq; soli in ea viuant, eò quòd eos non priùs ipsa mortificando, interemerit. Ideo Ecclesiasticus dixit. *Aufer à me ventris concupiscentias.* Sed iam quòd eò non pertingant, grandis commiserationis spectaculum est cernere, qualem efficiant miseram Animam Appetitus, qui in ea viuunt & vigent, quàm sibi ipsi exosam, quàm proximis inspidam & ingrattam, quàm erga diuina pigram & tardam. Nec enim tantoperè deprauatus humor reperitur, qui ita æquè hominis pedes obruat, aut ad incedendum prægrauet, aut qui tantam ciborum inappetentiam generet, ac creatarum rerum appetitus Animam deprimit, ac tristem ineptamque ad virtutem sectandam, reddit. Vnde vt plurimum, idcirco multæ Animæ nullo virtutis gustu tanguntur, nullamque ad eam adipiscendam adhibent curam, quia Appetitus & amores minus puros fouent, nec eos ad Dominum Deum nostrum referunt.

interficiunt animam.

*Ecel. 23. 6
 Quàm miseram efficiant animam Appetitus immortificati.*

Cur multa Anima virtutis suauitate non percipiunt.

CAPVT XI.

Qua ratione necessarium sit, ad vniõnem diuinam peruenire cupienti Anima, vniuersis etiam minimis carere Appetitibus, demonstratur.

ARbitror, iam pridem cupere Lectorem percunctari, an ad assequendū hunc sublimem Perfectionis statum, præcedere debeat vniuersalis mortificatio

C 2 Appe-

B.
 Joannis
 à Cruce

Opera
 Mystica

NVI
 124

Appetuum omnium, siue illi magni sit, siue exigui : an verò satis sit aliquos ex illis abnegare, alijs prætermittis, ijs præferim, qui parui creduntur momenti ? Videtur quippe res nimis ardua ac dura, posse Animam puritatem, nuditatemque tantam comparare, ut nulli rei voluntate & affectu adhærescat. Quæstioni huic primo loco responderetur : esse satis veritati consentaneum, non omnes Appetitus, æquè esse perniciosos, nec omnes æquali passu (loquor nunc de spontaneis) præpedire Animam, Appetitus siquidem naturales, parùm vel nihil auocant Animam ab Vnionem Diuina, dum eis consensus minimè præbetur, nec primorum motuum metas prætergrediuntur. Voco hoc loco naturales Appetitus, primosque motus, illos, quibus rationalis voluntas, nec ante, nec post vllo se modo immiscuit : istos enim euellere ; ac in præsentem vitam omnino mortificare, impossibile est. Nec huiusmodi Appetitus adeò obstant, quin ad Vnionem diuinam perueniri possit ; licet, ut dixi, non omnino profligati sint & abnegati : possunt enim illi inesse naturæ, & simul Anima secundum rationalem spiritum ab ijs esse omninò libera & expedita. Euenire quippe interdum potest, ut Anima sublimi Vnionem Quietis in voluntate fruatur, & simul actu huiusmodi Appetitus in sensitiua hominis parte morentur, nullamque sit illis, cum superiori parte, quæ orationi intenta est ; commercium. At ceteri omnes

Non oēs appetitus, est animæ perniciosi. Appetitus naturales non impedunt Animam ab Vnionem.

Et quoniam sint

Voluntarij Appetitus, omnes euacuandi, vs ad Vnionem cum Deo posse perueniri.

Voluntarij Appetitus, siue illi sint mortalium peccatorum, quæ grauiora sunt, siue Venialium, quæ sunt minùs grauiora, siue solum circa imperfectiones, quæ adhuc sunt minores, versentur ; euacuari omninò debent, omnibusque illis etiam minimis carere debet Anima, ut istam totalem Vnionem assequi possit.

Cuius rei ea est ratio : nam status huius Diuinæ Vnionis in eo situs est, ut Anima voluntatem suam totaliter in Diuinam voluntatem transformatam habeat : ita ut in omnibus & per omnia, motus eius sit sola Dei voluntas. Hæc enim est causa, ob quam dicimus, in hoc statu vnam voluntatem Dei ex mea Dei queri : ita ut Dei voluntas Animæ quoque voluntas sit. Si igitur hæc Anima in aliquam propenderet imperfectiorem, quam Deus respuit ; non transisset, nec transmutata fuisset in Dei voluntatem : siquidem vellet Anima illud, quod Deus minimè vult. Hinc itaque liquet, quòd ut Anima amore ac voluntate Deo copuletur, debeat priùs omni voluntatis Appetitum etiam minimo carere, & destituta esse. Hoc est, ut voluntas imperfecti cognitæ aduertenter assensum minimè præbeat, tantaque virtute ac libertate polleat, ut statim ac eam animaduertit, respuere valeat. Loquor autem de imperfecti cognitæ, in aduertenter enim, vel inconsideratè, vel quia id non omninò in se positum sit potestate, læbetur procul dubio in imperfecti, & in peccata venialia, nec non in Appetitus naturales, de quibus iam locuti sumus. Et de huiusmodi non adeò spontaneis peccatis scriptum est. *Septies in die cader in solum, & resurget. Verum loquendo de Appetitibus voluntarijs, & omninò animaduertis ; quamuis circa minimas etiam res versentur, ut diximus, nisi quicumque tandem ex illis supereretur, satis est ad Vnionem hanc præpediendam ; superetur inquam, & mortificetur habitus seu consuetudo illius ; nam actus aliqui, interdum circa res diuersas versantes, non inferunt tantum detrimentum, eò quod à certo habitu non oriuntur ; licet etiam istis Anima ali-*

In quo Vnionem cum Deo sua sit.

Omni voluntario appetitu, etiam minimo, carendum est, qui ad Vnionem aspirat. Qualiter se gerere debeat Anima, in abnegando minimo appetitibus.

Præu. 24. 16.

quoniam

quando caritura sit: eò quòd ab habituali etiam imperfectone proficiantur. Sed non nulli voluntarij imperfectonum habitus, quos nunquam Anima integrè superat, non solum Diuinam Vnionem præpediunt, sed etiam perfectionis portum attingere non permittunt. Huiusmodi imperfectones habituales sunt, exempli gratia; quædam consuetudo multiloquendi, adhæsiō quædam licet modica (quam nunquam finit Anima superare velle) erga personam aliquam, vestem, liberum, cellam, talem cibi speciem, conuersationes quasdam & delectatiunculas gustandi, sciendi, audiendi, & cæteræ his affines. Quælibet istarum imperfectonum, cui Anima affixa sit, cuiusque habitum contraxerit, multò magis illam à progressu virtutum retardat, quàm si quotidie multas alias admitteret imperfectones, etiam maiores; quæ tamen ab aliquâ quotidianâ consuetudine malæ alicuius proprietatis, ortum non ducerent: non enim ista tantopere impedirent, sicut alicuius rei habitualis adhæsiō. Quamdiu enim aliquid huiusmodi, etiam minutissimum in Anima locum habuerit; impossibile est, eam perfectionem adipisci. Quid enim refert, quod auis aliqua subtili sit alligata filo, aut crassiori? licet enim illud tenuissimum sit; tamen diu eo à volatu detinebitur; quam diu illud non infringit. Verum quidem est, tenue filum facilius rumpi, nihilominus tamen licet facillime scindatur, nisi id fiat, impedit volatam. Sicque euenit Animæ, quæ alicui rei affixa est: nam licet maximis fulgeat virtutibus, ad liberatorem tamen Vnionis Diuinæ non pertinet. Nam Appetitus, & Animæ alicui rei adhæsiō, similis est Echeneidi: de qua dicunt: quod licet exiguus sit pisciculus, si alicui naui adhærescat, fixam eam adeo detinet, vt non permit-

tat suum iter peragere. Vnde res est non modicæ commiterationis, cernere aliquas Animas, velut naues, diuitijs bonorum operum, spiritualium exercitiorum, virtutum, & quas à Deo recipiunt, gratiarum onustas: quæ quia non habent tantum animi pectorisque, vt aliquam delectatiunculam, amoris, affectus, seu adhæsiōnis (sunt enim hæc vnum) abrumpan, nunquam portum perfectæ vnionis attingunt: ad quem consequendum, non requirebatur amplius, quam vnico neruoloque volatu, vires exerere, ac illud vitiosæ adhæsiōnis filum abrumperè, vel certè Appetitus remoram amouere. Res profecto est, (vt dixi) ingenti digna dolore, quod DEVS fecerit huiusmodi homines abrumperè funes crassiores affectuum, quibus in peccata ac vanitates ferebantur: & quia nolunt sese ab aliqua puerili ineptia abstrahere, quam illis DEVS ad sui amorem vincendum reliquit, quæque non amplius est, quam exiguum quoddam filum, non progrediuntur, neque tantum bonum acquirunt. Et quod deterius est, ob illam adhæsiōnem, tantum abest vt proficiant, vt etiam, quantum ad perfectionis materiam spectat, retrocedant; iacturam etiam aliquam eorum pariendo, quæ tantis iam fuerant laboribus consecuti. Exploratum enim est illud, in via spirituali, non progredi vincendo, esse regredi, & lucra ampliora non conquirete, esse adæpta amittere. Hoc enim Dominus nosciter innuere nobis voluit; cum dixit. *Qui non congregat mecum, spargit.* Qui non *Matt. 23. 30.* sollicite prouidet, vt vas alicuius liquores continentis, minima etiam rimula obstruatur; satis erit illa, vt omnis liquor intus existens, omnino effluat: quemadmodum Ecclesiasticus docuit dicens. *Qui spernit modica, paulatim decidet.*

C 3 Sicut

B.
Joannis
à CruceOpera
MysticaNVI
124

Miseranda res videre Animas, virtutibus plenas, ob modicam imperfectonem voluntariam, ad vnionem non peruenire.

Ob modicum appetitum immortificationis, à perfectione retroceditur.

Sicut enim idem dicit: Ex vna sola scintilla, magnum exurgit incendium: ita & imperfectio vna, satis est ad aliam adducendam, & illa ad alias, sicque nunquam videbitur aliqua Anima in superando Appetitu vno desidia, quæ non alijs multis, ex eadem animi imbecillitate ac imperfectione, ex quâ prior ille prodierat, ortis, scateat.

*Plures
persona ob
modicam
imperfec-
tionem sub
specie boni
admissam,
ad misere-
randum
deuenire
sunt.*

Vidimus etiam plures personas, quas DEVS suâ gratiâ fortiter, ad magnam à creatis rebus abalienationem ac libertatem promouebat: sed quia sub specie boni, alicuius duntaxat amicitia, seu conuersationis adhæsiuncula, præbuere, locum; hâc viâ pedetentim spiritum gustumque DEI, ac sanctæ solitudinis amisisse, ab illaque læticia & exercitiorum spiritualium integritate seu stabilitate miserum in modum decidisse, nec substituisse, priusquam omnium iacturam fecissent: & hæc omnia idcirco illis euenisse, quia principium illud gustus, & sensitiui Appetitus, non extinxerunt, seipsos in solitudine intactos, DEO seruando.

*Semper in
hoc itinere
reprogre-
diendum,
vt ad eum
terminum
peruenia-
tur.*

Perfectionis itinere, ita semper procedendum est, vt ad eius terminum semperueniatur, quod fit; affectus scilicet amoris semper præcendendo, non eos fouendo, qui nisi euellantur vniuersi, nunquam quo tenditur, perueniunt. Sicut enim lignum non transformatur in ignem, si vel vnicus ad eius dispositionem requisitus calor gradus desit: sic non transformatur perfecte Anima in DEVM, ob vnicam, quâ sit imbuta, imperfectionem: quemadmodum postmodum de Nocte Obscura fidei agendo, dicturi sumus, Anima vnicam solum voluntatem habet; & si ista alicui alteri rei sese implicat; vel circa illam aliquomodo se occupat; non remanet libera, integra, sola, ac pura, sicut ad

Diuinam transformationem requiritur. Huius rei figuram habemus in libro Iudicum vbi dicitur, venisse Angelum ad filios Israel illisque dixisse: quod quia homines illos sibi aduersantes minime subegissent, imò cum quibusdam illorum fœdera sanxissent, propterea se illos inter eos reliquisse, vt illis occasio perditionis essent ac ruinarum. *Quamobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatù hostes. & dii eorum sint vobis in ruinam.* *Iudic. 2. 1.* Et profectò iusto iudicio id ipsum cum Animabus quorundam agit DEVS, quas ipse ex mundi huius Ægypto eduxit, Gigantesque peccatorum suorum iateremit, ac ingentem inimicorum eorum multitudinem, quæ sunt mundanæ, quibus antea implicati erant occasiones, ad nihil ante-degit, quæ vniuersa idè perfectit, vt maiori cum libertate, hanc promissionis terram Vnionis Diuinæ ingrederentur. Quos cum videt fœdus sancire, amicitiamque eum minuscula imperfectionum plebe contrahere, nec ob animi socordiam incuriamque eas penitus prostrigare, ac abnegare; indignè id fert Diuina eius Maiestas, ac eos in suorum Appetituum potestate deserit, in deterioraque in dies labi permittit.

In libro quoque Iosue rei huius figuram legere est, cum DEVS illi promissionis terram possidere auspicianti in mandatis dedit, vt taliter ciuitatem Iericho demoliretur, nihil vt in ea viuere pateretur; nec viram, nec faminam, nec infantem, neque senem, nec animalium aliquod: insuper, ne etiam aliquid ex vrbis spolijs vsurparetur, aut appeteretur: vt hinc intelligamus, ad Diuinæ huius vnionis adeptionem, seu introitum, necesse esse quicquid in Anima viuunt, siue multum illud sit, siue parum, siue *Iosue 6. 11.* *exi-*

exiguam, siue grande interire, eamque ab omnium illorum desiderio seu concupiscentia vacuam remanere, animo ab eis tantopere alieno, ac si illa minime ad eam spectarent, nec ipsa ad illa. Quam rem docuit Apostolus ad Corinthios scribens, ac dicens. Hoc itaque dico fratres: tempus breue est; reliquam est, vt, & qui habent uxores, tanquam non habentes sint; & qui sicut, tanquam non sicut; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Quæ Apostolus proponit, docens nos, quam separatam, & ab omni adhesionem alienam oporteat nos habere Animam, si ad DEVM ire velimus.

CAPVT XII.

In quo alteri interrogacioni respondetur; cuiusmodi modi sint Appetitus illi, qui ad inferenda Animæ superioris descripta damna, satis sint, declarando.

Latius nobis pateret campus, de hac noctis sensus materiã vberius pertractandi, ita multa dicenda suppetunt, de damnis & nocuentis, quæ Appetitus, Animæ infligunt, non solum explicatis huc vsque modis, sed multis præterea alijs.

Veram quantum ad præsens nostrum institutum attinet, satis sunt iam explanata. Videtur enim sufficienter declaratum esse, quomodo Appetituum mortificatio appelletur Nox, quantumque sit momenti hanc ingredi noctem ei, qui ad DEVM peruenire optet: Id solummodo, quod nobis dicendum sese

offert antequam modum in eam intrandi tradamus, sicque libro huic finem imponamus, est dubium quoddam ex dictis ortum, quod Lectoris mentem pulsare possit. Primum; an quicumque Appetitus, satis sit ad inferendum Animæ vtrumque malum; Positiuum scilicet & Priuatiuum iam descriptum. Secundo; an quilibet minimus etiam Appetitus cuiuscunque tandem sit speciei, sufficiat ad vniuersa hæc quinque nocumenta simul, Animæ interroganda: an verò aliqui Appetitus vnum inferant damnum, alij alia, quidam nimirum inducant afflictiones & cruciatus, alij defatigationem, tenebras alij &c.

Cui dubitationi respondendo, Dico primo; quod si loquamur de Damno Priuatiuo, de priuatione inquam, quã Anima priuatur Deo: Appetitus solummodo voluntarius, qui circa læthalis peccati materiam versatur, hoc præualent & efficiunt illi enim in præsentem vitam priuant Animam Diuinã gratiã, in futurã vero gloriã, quæ in DEI possessione sita est. Secundo loco dico; quod Appetitus, siue sint mortalis peccati, siue in materia peccati venialis voluntarij, siue, qui ad imperfectionum materiam spectant; quilibet illorum satis est ad inducendum Animæ vniuersa hæc Positiua damna, quæ licet sint quodammodo priuatiua, hic vocantur à nobis positiua, nam conuersioni ad creaturam correspondent, vt priuatiuum correspondet auersioni à Deo. Istud tamen discrimen intercedit; quod Appetitus mortalis peccati, totalem cæcitatem, cruciatum, immunditiam, & debilitatẽ &c. in Animam inducunt. Peccati vero venialis, & imperfectionum cognituarum Appetitus, non causant huiusmodi mala, in illo vniuersali ac

Qualis appetitus priuet Deo animam.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI
124

consumato gradu: siquidem non priuant gratiâ, quam Priuationem consequitur totale horum malorum in Anima dominium: mors siquidem Animæ, vita est illorum. Inferunt nihilo secius istorum malorum aliquid, quamuis in gradu remisso, iuxta repotem laxitatemque quam Animæ inuehant. Ita vt Appetitus ille, qui magis Animam tepidam reddiderit, ampliorem etiam illi cruciatum, cæcitatem, impuritatemque sitallaturus. Verum illud hic obseruandum est; quod licet quilibet Appetitus, vniuersa hæc mala, quæ hic appellamus, Positiua inducat: nonnulli tamen præcipuè & directè quædam causant, nonnulli vero alia, & consequenter ac quasi minus Principaliter cætera. Quâuis enim verum sit, Appetitum immundum vniuersa hæc damna inferre: præcipue tamen & proprie corpus maculat & Animam. Et licet Appetitus auaritiæ cuncta etiam generet; principaliter tamen & directè cruciat & affligit. Appetitus quoque vanæ gloriæ, non minus cæteris omnia hæc infert damna: præcipue tamen & directè inducit tenebras ac cæcitatem. Appetitus etiam gulæ, introducit hæc omnia; singulariter tamen repotem, animique in virtute remissionem. & eodem modo de reliquis Appetitibus Philosophandum est. Ratio vero ob quam quilibet actus Appetitus voluntarij, omnia hæc simul mala Animæ inuehat, est, contrarietas, quâ directè actibus virtutum opponitur, qui in Anima oppositos effectus producant. Nam quæ admodum vnus virtutis actus, simul ingenat Animæ suauitatem, pacem, consolationem, lucem, puritatem, & fortitudinem: sic Appetitus vnus deordinatus, cruciamentum, laborem, defatigationem, cæcitatem, imbecillitatemque inducit virtu-

*Diuersitas
damnoru
à diuersis
appetibus
Anima il
latorum.*

*Quare
quilibet
actus ap
petitus vo
luntarij
omnia ista
dãna Pri
uatiua &
Positiua
inferat a
nima.*

tes maiora capiunt incrementa, dum vnus earum exercitio incumbitur: suo quoque modo vitia ac eorum effectus in Anima crescunt, ad vnus ipsorum augmentum. Et quamuis vniuersa hæc mala, illo quo Appetitui satis sit tempore, minime sentiantur, non enim hoc gustus illius seu delectatio permittit: postmodum tamen, optime ea quæ reliquit mala percipiuntur, Appetitus quippe dum expletur dulcis bonusque apparet: at temporis successu felle amarior eius effectus sentitur. Quod facile diiudicare poterit, qui sese ab eis permittit abduci. Licet non me lateat, reperiri aliquos adeo cæcos, omnique sensu destitutos, qui id nequaquã percipiant: cum enim in Deo non ambulent, non animaduertunt ea, quæ illis Deum, seu eius influxum præpediunt.

De cæteris naturalibus Appetitibus inuoluntarijs, necnon de cogitationibus, quæ primorum motuum limites non excedunt, de tentationibus quoque alijs, quibus consensus non præbetur, non ago in præsentibus: hæc enim omnia nullum ex descriptis malum inferunt Animæ, quamuis enim persona illa, quæ huiusmodi res patitur, ob passionem perturbationemque, quam tunc Appetitus illi inferunt, videatur sibi maculati & cæcari, nequaquam tamen ita est; imo occasionaliter effectus contrarios producant: quamdiu enim illis resistitur, lucratur Anima fortitudinem, puritatem, lucem, consolationem, & plura alia commoda: iuxta illud quod dixit Dominus noster Diu. Paulo. *Virtus in infirmitate perficitur.* At sponte voliti Appetitus, vniuersa dicta mala, & alia plurima inducant. Et propterea præcipua spiritualium Magistrorum sollicitudo esse debet, vt quemcunque Appetitum eorum, quorum spirituales

*Appetitus
involuntarij
primi
motus, &
tentationibus
quibus consensus
non præbetur,
nullus ex
dicitur ad
trimentum
adducunt
Anima.*

*Imo occasio
naliter
contraria
malis bonis
inferunt.
2. Cor. 12.
9.*

*Quam
debet esse
præcipua
cura spiri
tualium Ma
gistrorum.*

curam

curam gerunt, statim mortificent; priuando illos, & veluti euacuando ab illo, quod appetebant, vt eos hac ratione à tantis miseris immunes reddant.

CAPVT XIII.

De modo & ratione, qua vti debet Anima ad ingrediendum Noctem istam Sensus, Fide meditante.

Reliquum nunc est, vt aliqua tradamus monita, ad ingrediendum Noctem hanc Sensus. Ad quem finem sciendum est; Animam duobus vt plurimum modis intrate Noctem hanc sensus. Vnus modus est Actiuus, alter verò Passiuus; Actiuus modus ille est, quem Anima exercere potest, & exercet ex sua parte, Diuinæ gratiæ fauore adiuta, ad ingrediendum in eam; de quo modo agemus in sequentibus monitis. Passiuus autem modus ille est, in quo nihil ex se efficit Anima, nec propria vitior industria: sed Deus mediantibus peculiarioribus auxilijs, in ipsa operatur, illa se ad modum patientis habente, libereque consensum præbente. Et de hoc Passiuo modo agemus in libro Noctis Obscuræ, cum de Incipientibus tractabimus. Et quoniam ibi, fauente Deo, præsertim à nobis danda sunt huiusmodi hominibus consilia & monita, prout requirunt plurimæ imperfectiones, quas homines isti in hoc itinere solent admittere, nõ ero hoc loco fusior, in præbendis multis consilijs, præterquam quod non est iste adeo proprius huius tractationis locus: solum enim in præsentis animus est, de causis, cur transitus iste appelletur Nox, & quænam ea sit, quotque eius partes, disseerere. Verùm quia videbatur doctrinâ hæc manca & insufficientis, nec vi-

litate tantæ; nisi statim aliqua media seu monita ad Noctem hanc Appetitus exercendam traderemus, volui compendiosum, qui sequitur modum hoc loco subtexre, idiplum facturus in fine cuiuscunque duarum partium seu noctis istius causarum, de quibus statim iuuante Deo acturus sum.

Instructiones hæ, & monita, quæ sequuntur ad Appetitus nostros superandos, licet compendiosa sint & pauca; arbitror tamen tam esse proficua ac efficacia, quam breuia & compendiosa: ita vt qui seritò in illis sese exercere voluerit, nullis alijs documentis opus sit habiturus; imò hæc vniuersa alia complectuntur.

Primum monitum est, vt perpetuam sollicitudinem & affectum habeat, Christum omnibus in rebus imitandi, eius vitæ (quam considerare debet, vt illam norit imitari) sese conformando, ac taliter sese in omnibus euentibus gerendo, ac se gessisset ille.

Secundum vt rem hanc commodè experi valeat, quemlibet gustum seu consolationem, quæ sensibus sese obtulerit, nisi purè ad Dei gloriam & honorem admittenda esset, respiciat; vacuusque & liber ab illâ, Iesv Christi amore remaneat: qui in præsentis vita nullum alium gustum seu delectamentum habuit, aut voluit, quam voluntatem Patris sui adimplere, quam etiam cibum suum appellabat.

Rem exemplis declaremus. Si sese obtulerit delectamentum in audiendis rebus, quæ ad Dei obsequium nullius sunt adiumenti; nec illis oblectari velit, nec eas ad aures admittere: si etiam senserit delectamentum in aliquibus rebus intuentis, quæ non magis illum ad Deum ducant ac stimulent; delectamentum illud recuset, & ab huiusmodi rebus oculos auertat. Quòd si in loquendo, seu in quacunque

D alia

Compendiosus efficacissimus; modus noctem hanc assidue intrandi.

Primum monitum vita Christi consideratio & imitatio.

Secundum, abnegatio gustuum, consolationum etc. & qualiter id fieri debeat.

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

alia re similis gustus, seu delectatio subreperit; id ipsum semper faciat. In omnibus denique sensibus, quantum commodè poterit, eodem Mortificationis & abnegationis vtatur modo. Nam si omnino gustus aliquis percipiendus sit, nec illum commodè euadere possit; sat erit, nolle illo oblectari, licet illum sentiat. Hacque ratione conari debet, sine mora mortificare & euacuare sensus gustu illo: hocque modo quasi in tenebris illos relinquere. Huiusmodi autem studio ac cura, breui plurimum proficiet. Ad mortificandas porro, & ad concordiam reuocandas, quatuor naturales passiones, quæ sunt; Gaudium, Spes, Timor & Dolor (ex quarum consensu & pace, hæc & reliqua alia oriuntur bona) optimum & veluti totale est remedium, quod subsequitur, idque summi etiam meriti, ac grandium causa virtutum. Conetur semper animum suum seruare, non ad facilius, sed ad magis difficile.

Non ad sapidum magis, sed ad id quod insipidius est.

Non ad id quod magis sit iucundum, sed ad id, quod nullam affert iucunditatem.

Non ad id quod consolationem parit, sed potius ad id quod afflictionem.

Non ad id quod requiem præbet, sed ad id quod laboriosum est.

Non ad amplius, sed ad minus.

Non ad sublimiora & preciosiora; sed ad viliora, & contemptibilia.

Non ad id, quod est aliquid velle, sed ad illud, quod est nihil velle.

Non meliora, verum deteriora inquirere optareque in omnem nuditatem, vacuitatem, ac paupertatem omnium, quæ in mundo sunt propter CHRISTVM ingredi. Expediunt autem operationes huiusmodi, ex totis visceribus

aggredi, & complecti, voluntatemque ad illas vniuerso studio, ac conatu inducere.

Si enim ex animo opera huiusmodi executioni mandauerit; exiguo valde temporis spatio reperiet in illis vberem deliciarum ac consolationum venam; ita tamen vt cuncta hæc ordinatè discreteque perficiat.

Ea quæ hucusque dicta sunt, si rectè exerceantur, satis sunt ad intrandum in noctem Sensitiuam.

Sed vt doctrina hæc copiosior sit; aliud exercitij genus, quo serio mortificare Honoris Appetitum (ex quo multi alij Appetitus nascuntur) instruemur, proferemus.

Primo loco, opera, quæ in suum contemptum vergant, exequi conabitur; vtque alij idem faciant, curabit.

Secundo; ea, quæ illum contemptibilem reddant, verbis proferet; & vt alij idem faciant, studebit.

Tertio; humiliter de seipso sentiet cogitabitque, & vt cæteri idem faciant, peroptabit.

Pro documentorum istorum regularumque coronide, æquum erit hoc loco versus illos, qui in montis imagine, quam in libri huius principio apposimus, descripti sunt, collocare: quibus continetur doctrina, ad eius vsque verticem, qui est sublimis Vnionis status, conscendendi. Quamuis enim verum sit, eorum doctrinam maximè in spiritualibus ac interioribus locum habere; nihilominus tamen sermo etiam in illis est de perfectionis spiritu, secundum quod sensibus & exterioribus exercitijs subijcitur, quemadmodum videre est in duabus vijs, quæ ad latera semitæ Perfectionis descriptæ sunt: sicque in hoc sensu hoc loco versus istos accipiemus; nempe secundum sensibilibus

*Qualiter
spiritualis
se se gerere
debeat in
delectatione
seu gustu
quæ euadere
non
quit.*

*Qualiter
quatuor
naturales
anima
passiones
mores
sanda.*

*Quarta
ratione Ho-
noris app-
etitus mor-
tificandus
sit*

*Versus, in
quibus co-
ntinetur do-
ctrina ad
summitatem
vsque
mūtū per-
fectionis,
& Vnionis
perueni-
endi.*

lem exteriorem que hominis partem, qui tamen versus postmodum in secunda noctis huius parte, in spiritali sensu accipi debent.

Versus igitur sunt.

1. **V**T gustes totum, nolis in aliqua re gustam habere.
2. Vt peruenias ad sciendum totum, nihil in aliqua re scire velis.
3. Vt peruenias ad possidendum totum, nihil in re aliqua possidere velis.
4. Vt peruenias ad hoc vt sis totum, nihil in re aliqua esse velis.
5. Vt peruenias ad id quod non percipis gustu, transire debes per id, quod non percipis gustu.
6. Vt peruenias ad id quod nescis, transire debes per id quod nescis.
7. Vt peruenias ad id quod non possides, transire debes per id quod non possides.
8. Vt peruenias ad id quod non es, transire debes per id, quod non es.

Modus non impediendi totum.

1. **Q**uotiescunque in aliqua re sistis, seu te detines, definis projicere te in totum.
2. Nam vt venias a toto ad totum, debes te abnegare ex toto in totum.
3. Et quando peruenies ad habendum totum, debes illud habere, nihil volendo.
4. Nam si volueris habere aliquid in toto, non putum habere in D e o tuum thesaurum.

In ista nuditate, reperit spiritus quietem suam ac refocillationem: nihil enim

concupiscendo, nihil illum ad superiora impellit: & nihil ad inferiora deprimit: in centro enim humilitatis suae quiescit: statim autem ac aliquid exoptat, in hoc ipso defatigatur.

CAPVT XIV.

In quo secundus dicti Cantus Versus, elucidatur.

Amoribus anxijis inflammata.

Postquam primum Cantici huius versum, in quo de Nocte sensitiua agitur, explicuimus, & quidnam Nox hanc sensus sit, curq; nox appelletur aperuimus, modum quoq; ac ordinem, qui in eius Actiuo ingressu seruari debet docuimus; consequens nunc iuxta rectum ordinem est, vt de eius proprietatibus ac effectibus, qui sunt profus stupendi agamus, quique sequentibus versibus dicti Cantus continentur: quos strictim attingam, quemadmodum in libri Prooemio pollicitus sum, statimque ad secundi libri tractationem descendam, in qua de alia Noctis huius parte, quae est spiritualis, agitur.

Ait itaq; Anima, se anxietatibus amoris inflammata pertransisse, ac per hanc Obscuram Noctem Sensus, ad dilectionem exiuisse. Ad vniuersos siquidem Appetitus superandos, gustusq; ac sapores rerum omnium, quarum amoribus solet voluntas vrgeri ad illis fruendū, abnegandos, requirebatur maior alius ardor alterius melioris amoris, qui non est alius quam Amor sui sponsi: vt sic vniuersas delicias suas ac robur in ipso collocando, fortitudinem adipisci possit ac constantiam, ad vniuersos alios amores facile respuendos & abnegandos. Nec

D z solum;

Effectum noctis sensitiua mirabilem.

Ad superandos Appetitus rerum omnium requiritur maior ardor alterius melioris amoris.

B.
Iuannis
a Cruce

Opera
mystica

NVI
129

solummodo ad superandum Appetitū sensitiuorum impetum, satis erat sponsi sui amor: sed necesse erat eò inflammari, idque anxie. Quia solet reuera accidere, vt sensitiua hominis pars, tam vehemēti Appetitus impulsu moueatur, & ad obiecta sensibus subiecta attrahatur, vt nisi spiritalis pars alijs maioribus spiritaliū rerum ardoribus æstuet, nullo possit modo saporem seu gustum materialem seu sensibilem superare, vel noctem hanc sensus intrare, nec tantum habeat animi, vt in obscuro remaneat, priuando se Appetitū rerum omnium.

Quales autem sint huiusmodi amoris anxietates, quorūque earum modi, quas Animæ in initijs huius Vnionis viæ patiuntur, quasque diligentias & adinventiones adhibent, ad domo suā; quæ propria est voluntas, egrediendum, ac in noctem mortificationis priorum sensuum ingrediendum, & quā faciles, imo & dulces hæc anxietates sponsi, faciant illis apparere tribulationes, periculaque noctis huius; non est huius loci discutere, sed nec verbis exprimi possunt. Potius enim hæc interius gustanda sunt, & ruminanda, quam scripto exprimenda. Quare ad explicandos reliquos versus, sequenti Capite progrediemur.

CAPVT XV.

In quo reliqui versus dicti Cantus explanantur.

*O sortem fortunatam.
Exiui, nec fui obseruata,
Cum esset iam domus mea tranquillata.*

VTitur Metaphora miseri seruitutis status, à quo qui seipsum eripit, magis id felicitàti asseribit; præsertim si nemo è carceris custodibus illum à fuga præpediat. Nam Anima post Originale peccatum, verè est velut captiua, in hoc mortali corpore passionibus, Appetitibusque naturalibus subdita. A quorū stricta obsidione, & seruitute exiuisse, æstimat illa *Sortem fortunatam* & adhuc absque eo, quod *Euerit obseruata*: hoc est, absque eo, quod ab aliquo illorum præpediretur aut detineretur. Nam ad rem hanc perficiendam, profuit illi nocte obscura exiuisse, hoc est, per omnium gustuum seu delectationum priuationem, & omnium Appetituum mortificationem, sicuti diximus. Hoc verò fuit: *Cum esset iam domus eius tranquillata*, cum videlicet sensitiua pars, quæ est omnium Appetituum domicilium, iam ob omnium eorum debellationem, & velut ob dormitionem, sit tranquillata. Antequam enim Appetitus, mediante sensitiuæ partis mortificatione sopiantur, ipsaque sensitiua pars sit iam in illis adeò mortificata, vt spiritui non amplius sit contraria; non peruenit Anima ad libertatem veram, per quam dilecti sui vnione fruatur.

Anima post Originale peccatum est velut captiua.

FINIS HVIVS PRIMÆ LIBRI

LIBER

Decorative border of repeating floral and geometric motifs.

LIBER SECVNDVS
ASCENSVS MONTIS
CARMELI,
IN QVO, DE PROXIMO VNIONIS
Diuina medio: Fide videlicet differitur, nec non de se-
cunda spiritus nocte, qua secundo Cantu conti-
netur.

CANCION SEGVNDA.

A Escuras y segura,
Por la secreto escala disfragada,
O dichosa ventura,
A escuras y enclada,
Eslando y ami casa sosegada.

SENSVS.

In obscuro, & satis tuta
Per secretos gradus, transiuestita
O sortem fortunatam,
Intene ris, & beneclata,
Cum iam domus mea esset tranquillata.

CAPVT I.

In quo Cantus hic eluci-
datur.

Elebrat hoc secundo
Cantu Anima felicem,
quam cosecuta est sor-
tem, in spiritu, ab vni-
uersis spiritualibus im-
perfectionibus, nec no
ab appetitibus proprietatis in rebus spiri-

tualibus, spoliando ac denudando. Quae res eo maioris fuit illi causa felicitatis, quo grauiore illi in quietando domicilio isto spiritualis portiois, ac in obscuritate huius interioris ingressu exhaustae erant difficultates: quae obscuritas nihil aliud est, quam omnium rerum tam sensibus subiectatum, quam spiritualium, spiritualis nuditas, soli viuae fidei innitendo (de hac enim vt plurimum loquor, cum negotium mihi nunc sit cum ijs, qui ad perfectionem tendunt) & per eam ad Deum conscendendo. Et idcirco vocatur hoc loco fides & scala, & secreta: Vniuersi siquidem gradus & articuli, quos docet, secreti sunt, omnique sensui ac intellectui absconditi. Et hac ratione remanet Anima in obscuritate, omni naturali luce tam sensus quam intellectus destituta; vniuersasque naturales ac rationales metas transgreditur, vt per diuinam hanc fidei scalam ascendat, quae attingit & penetrat etiam profunda Dei. Quam etiam ob causam asserit, Animam exiuisse transuestitam, praeseferebat enim & gerebat schema suum seu figuram naturalem transmutatam.

Quidam sit hac obscuritas, perquam ad unionem diuinam transiendum est Anima?

Cur fides secreta scala appellatur?

Quid sit exiuisse animam transmutatam.

D 3 iam

B.
Iuannis
a Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

iam in diuinam, ascendendo scilicet per fidem. Et sic figura hæc seu immutata persona erat in caula, ne à temporaneis rebus aut rationalibus, aut etiam ab ipso Dæmone agnosceretur & decineretur.

Nulla res anima nocet quam diu in viua fide incedit.

Nulla liquidem istarum rerum potest illi obesse, quamdiu in hac fide viua incedit, nec istud solum modò fit, sed est etiam anima à Deo abscondita, obgelata, & ab vniuersis Dæmonis decipulis immunis, vt verè incedat (quemadmodum etiã hoc loco cantat) in obscuritate, & occultata, hoc est, Dæmoni, cui fidei lumen, est plusquam tenebræ. Vnde animam, quæ illac ducitur, affirmare possumus incedere rectam Dæmoni & occultatam, sicut postmodum clarius explanabimus. Ideoque asserit exisse se in obscuro & tuta. Nã qui adeo scilicet fortunatusq; fuerit, vt possit per fidei obscuritatē incedere, illamque velut itineris Ducem sequi, expediendo & extricando se ab omnibus naturalibus phantasmatis, nec non à spiritualibus rationibus, huiusmodi profectò securus rurusque graditur. Quamobrem etiam subiungit, se noctem hanc spiritualem transiisse. Cum iam esset domus eius tranquillata, pars scilicet seu portio eius rationalis & spiritualis. Cuius etiã partis, quando Anima ad vniõnem cum DEO peruenit, pacificatas & quietatas habet potentias seu vires naturales, nec non anxietates, seu impetus sensibus perceptibiles in parte spirituali tranquillatos.

Maior est obscuritas spiritualis noctis quam sensibilis.

Atque hanc ob causam, non dicit hoc loco, se anxietatibus amoris æstusntem exiuisse, quemadmodum in prima sensus nocte, asseruerat.

Nota Ad pacandam spiritus domus

Ad intrandum enim sensus noctem, rebusque sensibilibus sese denudandum, anxietates sensibilis amoris requiruntur, vt egressus iste perficeretur, sed ad perficiendam quietationem, seu paci-

ficationem domus spiritus, seu spiritualis partis, solummodo necessaria est potentiarum, & omnium insuper gustuum, & Appetituum spiritualium in fide pura in-nixio seu affirmatio. Quibus peractis vni-tur anima dilecto suo, vniõne quadam simplicitatis, puritatis, amoris & similitudinis.

Solummodo potentiarum affirmatio requiritur seu in fide pura in-nixio.

Illud quoque animaduertendum est, quod in prima Cantus parte, dum de sententiã parte ageretur, dicit anima, se nocte quadam obscurã exiuisse, hoc verò loco loquendo de spirituali nocte, se in obscuro & tenebris asserit id peregrisse, maior enim & densior obscuritas est spiritualis portio, quemadmodum & ipsa obscuritas maior densiorque est tenebra, quam sit obscuritas noctis. Nam quamuis maximè obscura sit aliqua nox, apparet nihilominus aliquid: verum in ipsismet meris tenebris, nihil omnino videre licet. Vnde in sensus nocte, remanet nihilominus aliqua lux; remanent enim intellectus & ratio quæ non excæcantur. At in nocte hac spirituali, quæ est fides, vniuersum tam sensus quam intellectus lumen euanescit. Et propterea in hoc cantu asserit anima, se in obscuris & taram iter fecisse, quod minimè in cantu alio asseruarat. Quo enim Anima minus vitetur propria ac innata habilitate seu aptitudine, eo securior ac tutior incedit, eò quod in fide maiores faciat progressus. Et hæc vniuersa fusè copioseque libro presentielucidabuntur, in cuius lectione, requiro petoque à lectore benignam attentionem, debent enim in illo res magni momenti, pro spiritus veri vtilitate explanari. Et quamuis dicenda sint aliquo modo obscura, taliter tamen vna doctrina alteri aditum parat, vt existimem omnia tandem optime intellectu percipienda.

Maior est obscuritas spiritualis noctis quam sensibilis.

Quod anima minus vitetur aptitudine sua naturalis tutior incedit, maioresq; in fide progressus facit.

C A

CAPVT II.

De secunda noctis huius qua est fides, parte seu causa tractationem incipit duobus, probat argumentis, noctem hanc, Prima & Tertia noctis huius parte, obscuriorem esse.

Nunc consequenter de secunda noctis huius parte, quæ est fides, disputandum est, quam dicebamus esse, admirabilem illum modum tendendi ad terminum, qui est DEVS, quem etiam (secundum naturæ ordinem loquendo) causam, vel partem noctis huius, respectu animæ esse, asseruimus. Fides enim, quæ inter Deum Animamque intercedit, nocti mediæ comparatur, vnde & affirmare possumus, obscuriorem esse animam primæ noctis parte, & quadam tenus tertia. Prima siquidem noctis pars, quæ est sensus, primæ nocti, seu noctis initio æquiparatur: quando videlicet desinunt omnia sensibilia obiecta apparere: quæ tamen non adeo abest à luce, quemadmodum Nox mediæ. Tertia quoque pars noctis, quæ est Aurora, luci diei proxima, minimè est adeo obscura ac nox mediæ, iam enim in eo est statu constituta, vt immediatè solis claritate irradietur. Et hæc noctis pars conferatur ipsimet DEO. Quamuis enim certum sit, DEVM adeo esse Animæ obscuram Noctem, ac est fides (naturaliter loquendo) nihilominus tamen, transactis iam hisce tribus noctis partibus, quæ animæ naturaliter sunt Nox, illustrat illam supernaturaliter DEVS, diuinæ suæ claritatis radio, idque sublimiori quadam, superiori, ac magis experimento perceptibili modo, qui iam est perfe-

ctæ vnionis exordium, quæ tertiâ nocte transactâ subsequitur, vnde dici potest, hanc tertiâ partem minus esse obscuram.

Est præterea hæc secunda fidei Nox obscurior primâ, hæc enim ad inferiorem hominis partem, quæ est sensitua, spectat, & consequenter est exterior magis. Fidei verò Nox ad superiorem hominis portionem, quæ est rationalis pertinet, & consequenter intimior est magisque obscura: spoliatur quippe illam rationali luce, vel vt verius dicam, illam excæcat, quare etiam commodè collata est nocti mediæ, quæ est pars noctis intimior & obscurior.

Fidei nox ad superiorem hominis partem non spectat.

Nunc itaque hanc secundam partem noctis, nempe fidem, esse spiritui noctis instar, sicut prior est sensui, ostendere debemus, nec non quænam illi sint opposita seu contraria, quid etiam Animæ faciendum sit, vt actiue illam ingredi valeat, immediatè aperiemus. Nam de Passivo in eam intrandi modo, de eo videlicet, quod in anima operatur Deus, vt eam in illam inducat, suo loco libro scilicet tertio, acturi sumus.

CAPVT III.

Quæ ratione fides sit obscura Nox respectu Animæ. Quod rationibus & sacrarum literarum autoritatibus confirmatur.

Idem docent Theologi esse habitum Animæ certum & obscurum; Causa verò cur dicatur, habitus obscurus est, quia inclinatur ad credendum veritates ab ipsomet Deo reuelatas, quæ omne naturale lumen superant, vniuersumque humanum intellectum excedunt. Hinc est, vt excessiuum hoc fidei lumen,

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

*Cur fidei
lumen ob-
scures A-
nima.*

lumen, sit respectu Animæ obscura tenebra, id enim quod est maius priuat ac cæuincit minus, quemadmodum solis splendor, vniuersa alia lumina superat, ad eò vt illo radiante, illa non videantur lumina, sicque potentiam nostram visuam vincit, imò potius illam excæcat, quàm illuminat, eo quod eius lumen est admodum improportionatum, potentiamque visuam excedens. Eadem ratione fidei lux, ob suum ingentem excessum, & ob modum quo Deus illam impertitur, lumen intellectus nostri superat, quod ex sese ad solam naturalium rerum scientiam protenditur; licet obedientiali facultate seu potentiâ insignitus sit; quoad res supernaturales, quando Domino nostro libuerit eum in supernaturali actu collocare. Vnde nihil intellectus ex seipso, nisi naturali viâ, quæ incipit à sensibus scire valet: ad quem finem etiam phantasmata, & obiectorum species in se vel in suis similitudinibus retinere debet, nec aliter aliquid intelligere poterit. Vt enim Philosophi asserunt; Ab obiecto & potentia paritur notitia. Hinc est quod si cuiusdam ea enarrantur, quorum ille nullam vnquam notitiam adeptus sit, nec aliquam ipsorum similitudinem aspexerit, non amplius illi notitiæ lumen, inde proueniet, quam si nihil de illis narratum fuisset.

Exempli gratia, si cuiusdam diceretur, in quadam insulâ animal quoddam, quod ipse nunquam vidisset reperiri, nisi ipsi similitudo aliqua animalis illius, quam ipse in alijs animalibus viderit, exprimeretur, non amplius illi notitiæ aut figuræ animalis illius remaneret, quàm antea; licet ei plurima de hoc animali referrentur, sed alio exemplo res hæc patentius clarescet, si cuiusdam cæco nato, & qui nullum vnquam colorem intuitus est, color al-

bus, vel rubeus describeretur, licet multo ad hoc adhiberentur sermones, non plus ille caperet, quàm si nihil fuisset dictum, eo quod nunquam huiusmodi colores, vel eorum similitudines, vt posset de illis iudicium ferre, conspexerit: nomina solummodo colorum illorum illi remanent, quia illa potuit auribus excipere, at colorum forma, figuraque minimè, quia nunquam eam intuitus est. Ad eundem modum (quamuis non omnino similiter) fides sese habet respectu animæ: proponit enim nobis res, quas nunquam aut in se, aut in earum similitudinibus, quæ nos absque reuelatione ad earum notitiam perducere possent, conspeximus. Vnde nullam earum naturalis sciëntiæ lucem habemus: nulli siquidem sensui sunt proportionata ea, quæ nobis proponit: sed solum nouimus ea mediante auditu, credendo illis quæ docet, subiiciendo & obsecando lumen nostrum naturale. Vt enim dicit S. Paulus. Ergo fides ex auditu, auditus vero per verbum Christi. Fides non est scientia quæ per aliquem sensum ingrediatur, sed animæ assensus de ijs, quæ per auditum intrant. Imò fides multo amplius excedit, quàm allata exempla demonstrant. Tantum enim abest, vt efficiat euidentiam aut scientiam, vt etiam (sicut diximus) excedat & superet alias qualescunque notitias ac scientias, vt de illa in contemplatione perfecta, rectum iudicium ferri possit.

Aliæ scientiæ intellectus luce conquiruntur, sed hæc fidei notitia, absque intellectus luce obtinetur: ab negando illam fide mediante, imò luce suâ propriâ obscuratur. Propterea dixit Isaias. Si non credideritis, non intelligetis. Manifestè itaque patet, fidem, noctem esse obscuram Animæ respectu: hocque pacto illam illuminare, & quo amplius eam obscurat; eo maius illi sui ipsius lumen impertiri. Nā obsecando

*Intellectus
nostri lu-
men ad so-
lam natu-
ralium re-
rum scien-
tiam exten-
ditur,
quamuis
obedientiali
facultate
sit præditus
respectu
super na-
turalium.*

*Fides pro-
ponit no-
stri res de
quibus
nulla na-
turalis sci-
entia ha-
berit potest.*

*Rom. 10.
16.*

*Fides ab-
negando
naturalem
lucem in-
tellectus
acquiri-
tur.
1. 7. 9.*

præbet lucem; iuxta Isaia: effatum: Si non credideritis, hoc est, si vosmetipfos non excæueritis, non intelligetis; hoc est, careritis luce & notitiâ eleuatâ & supernaturali. Et sic figuratur fides nube illa, quæ filios Israel ab Ægyptijs, in ipso rubri maris introitu diuidebat. Et erat (ait sacer textus) *nubes tenebrosa & illuminans noctem*: Res profecto admiratione digna est, quod cum esset tenebrosa, illuminaret tamen noctem, vt hinc intelligamus, fidem, quæ est obscura & tenebrosa nubes, respectu Animæ (quæ quidem Anima etiam remanet in nocte, cum in noctis præsentia, lumine suo naturali excæcata & priuata sit) tenebris suis illuminare, tenebrisq; animæ præbere lucem: vt hoc modo discipulus Magistro similis euadat. Homo. n. qui in tenebris uiuit, nõ poterat cõuenienti modo illuminari, nisi per aliã tenebrã: secundum illud, quod nos docuit Psalmist. dicẽs: *Dies dñi erunt ut verbum, & nox nocti indicat scientiã* (hoc est) dies qui est Deus in sua æterna felicitate, vbi iam dies est perennis. cõmunicat & manifestat diuinũ suum verbum, quod est filius Angelis ac animabus beatis, quæ iam dies sunt, vt illud pernoſcant illoque fruantur. Nox verò quæ in Ecclesia militanti fides est, vbi adhuc nox est, indicat Ecclesiæ scientiam, & consequenter, cuiuslibet animæ, quæ etiã nox est, cum necdum clarã beatificãque sapientiã fruatur, & in fidei præsentia luce suã naturali priuata est. Itaque id quod hinc elicere debemus, est, fidem quæ obscura Nox est, illuminare Animam quæ in tenebris versatur: sicque verificatur illud, quod etiam David in alio Psalmo dixit, *Et nox illuminatio mea, in delicijs meis*. Quod perinde est, ac si dixisset: In delicijs puræ cõtemplationis, & meæ cum Deo vnionis, nox fidei, erit ductor meus. Vt hinc intelligamus, Animam debere in tenebris

esse, vt lucem obtineat, hocque iter conficere valeat.

CAPVT IV.

In genere agitur, quo pacto debeat etiam Anima in obscuritate quantum in se est remanere, vt possit commodè per fidem duci ad summam cõtemplationem.

ARbitror explicatũ iam aliquo modo esse, qua ratione fides est nox obscura Animæ, qua etiam ratione debeat anima à sua naturali luce remanere obscurata, illaque priuata, vt hoc modo se sinat à fide duci, ad sublimem vnionis statum.

Verũm vt Anima hac in parte bene suo munere fungi sciat, necessarium nunc erit, obscuritatem hanc, qua imbuti debet, minutatim explanare, vt hanc fidei abyssum ingredi possit.

Et propterea in præsentĩ capite agam in generali de illa, in sequentibus vero, deo propitio, magis in particulari trademus modum, quem, ne in hac obscuritate oberraret, seruare debeat, & qua ratione Ductorem huiusmodi, nempe fidem, non præpediat.

Aio igitur Animam, vt commodè per fidem ad hunc sublimem statum deduci possit, nõ solum debere in obscuritate remanere, secundum portionem illã, qua creaturas, ac temporanea respicit, quæ inferior est, & sensitua, de qua iã locuti sumus; sed etiam obcæcari, & obscurari debere, secundum portionem illam, qua Deum, spiritualiaque respicit; quæ portio rationalis est, & superior, de qua in præsentĩ disputamus. Nam ad hoc vt anima ad supernaturalem transformationem pertingat, certum est, debere eam obscurari, & omne illud, quod naturæ suæ cõsentaneum est, nempe senti-

E fiti-

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

Vt anima per fidem ad vnionem cum Deo deduci possit, debet non solum secundum inferiorem partem, sed etiam secundum superiorẽ obcæcari.

fitiuum, & rationale, transgredi, & trāsilire. Supernaturale enim, significat id, quod naturale transcendit, quare necesse est, naturale inferius remanere. Cum enim vnio hæc & trāformatio, sensibus, & aptitudini, seu habilitati humanæ, (subiecta esse nō possit, debet anima perfecte, ac spontaneè, ab omnino eo, quod in eā ingredi, seu illam replere potest, sese vacuā inanemq; reddere; debet inquā ab omni amore, ac propensione, quantū ad illā spectat sese exinanire: Deum enim nemo præpedire potest, quominus in Anima resignata, denudata, ac ad nihilū redacta, quicquid illi liberit operetur, efficiatque. Quare ab omnibus taliter sese exinanire debet, vt licet pluribus supernaturalibus donis potiatur, semper tamen veluti denudata ab illis, & in obscuris, instar cæci, remaneat, obscuræ fidei innitendo, illam sibi in lucem, ac ductricem eligendo, nullo modo figēdo pedem, aut inhærendo alicui ex rebus illis, quas intelligit, gustat, sentit, aut imaginatur: vniuersa siquidē ista tenebræ sunt illā impeditura: fides quoque est super omnē illam intellectionem, gustum, & perceptionem. Et nisi in huiusmodi rebus sese excauerit, remāseritque omnino in obscuritate illorum intuitu, ad id quod amplius est nō perueniet, nempe ad id, quod fides docet. Cæcus nisi omnino totaliter sit talis, nō facile permittit se à suo ductore dirigi, sed ob modicum illud residuæ lucis, quodlibet iter rectum arbitratur, eo quod aliud cōmodius minime videt, potestque hoc modo ipsum etiā ductorē suum in errorem inducere, taliter etenim se gerit, ac si videret, præsertim cum etiam ductori præcipere possit. Adeundē modum Anima, si alicui propriæ notitiæ, gustui, vel sensui nititur, (cum vniuersa hæc licet maxima, & summa, sint valde exigua, & ab eo quod est Deus, dissentanea, & dissimilia,

ac proinde ad carpēdā viam hāc inepta) facile aut errat, aut retardatur, eō quod nō est totaliter obcæcata fide mediante, quæ est vera ductrix ipsius. Hoc enim insinuare voluit S. Paul. cum dixit: *Credere enim oportet accedentē ad Deum, quia est: Ac si diceret; Anima, quæ ad diuinam vniōnem aspirat; non debet illuc tendere intelligendo, nec gustui, sensui, vel imaginationi innitendo; sed diuinæ essentiæ perfectionem credendo, quæ à nullo intellectu, appetitu, imaginatione, aut aliquo alio sensu capi, aut attingi potest; vel in ista vita, sicuti est seiti, imo illud, quod in præfenti vita de Deo percipi, intelligi, & degustari potest, licet sublimissimum sit; in immensum ab eo, quod ipse est, & à purā ipsius possessione distat.*

Et propterea Isaias dixit: *Oculus non vidit Deum absque te, quæ preparasti expectantibus te. Et S. Paulus: Oculus non vidit, nec auris audivit; nec in cor hominū ascendit, quæ preparauit Deus ijs, qui diligunt illum. Quomodo cumque igitur voluerit Anima perfecte vniri, per gratiam, amoremque perfectum in hac vita illi, cui per gloriam vnienda est in altera, (qui, vt hic S. Paulus dicit, adeo ingens bonum est, vt nec oculus viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis mortalis simile quid ascenderit) manifestum est, id fieri debere, obscurando se & priuando omni eo, quod per oculos ingredi potest, & auribus percipi, & imaginatione exprimi, & deniq; corde (quod hoc loco Anima significat) comprehendere. Vnde magnopere præpeditur Anima, ad sublimē istum vniōnis statum proficiscēs, quando se alligat, vel innititur, alicui suæ intellectioni, sentimento, imaginationi, iudicio, voluntati, modo, vel cuicumque alteri propriæ rei, ignorando modum auellendi, & denudandi se ab omnibus istis. Vt enim diximus, id ad quod illa per-*

Anima ad vniōnem diuinam debet tendere non intelligendo, sed credendo.

Ija. 64. 4. 1. Cor. 2. 9

Magnopere præpeditur Anima ab vniōnis adoptione si alicui suæ intellectioni, sentimento, voluntati, modo, vel cuicumque alteri propriæ rei innititur.

git.

git, & aspirat, omnia hæc superat; licet illud supremum sit, & præstantissimum, quod in hac vita sciri, & gustari potest: sicque necessario hæc omnia transcendere debet, & transire ad nõ sciendum. Quamobrem in hoc ad vnionem itinere, relinquere suam propriam viam, est veram ingredi viam, vel vt melius dicam, est ad ipsum illius peruenire terminum; & suum proprium modum deserere, est in illud, quod nullum habet modũ, nempe in Deũ, intrare. Anima enim, quæ ad hunc statum peruenit, non amplius habet suos modos, neq; illis adhæret, sed nec adhærere potest. Dico non habere modos, intelligendi, vel degustandi, aut sentiendi, licet in se contineat vniuersos modos: illius adinstar, qui nihil habet, & tamen possidet omnia; si enim tantum animi habeat, vt audeat interioris, exteriorisq; limitatũ suum esse naturale transilire, intrat sine dubio sine limite, in supernaturalia, quæ nullo coarctatur modo, cum contineant eminenter, vniuersos modos. Itaq; peruenire huc, est egredi inde, elõgando à se, & abijciendo, quam maxime istos modos, viles, ad sublimissimum istum assequendum. Itaque transilendo, & transcendendo vniuersa illa, quæ siue spiritualiter, siue sensibiliter scire, & intelligere potest, debet Anima ex vniuersis præcordiis exoptare, peruenire ad illud, quod in præsentivita scire nequit, nec in coreius ascendere. Et retro à se abijciendo omne illud, quod spiritualiter, vel sensibiliter gustat, & sentit, aut potest in hac vita degustare, & sentire: debet ingenti desiderio anhelare ad illud, quod vniuersum gustum, sentimentumque exuperat. Et vt Anima pro hac re remaneat, libera, vacua, & tanti boni capax, nullã ratione adhærere, sibi que aturabere aliquid ex rebus illis debet, quas in se spiritualiter, vel sensibiliter receperit,

(vt paulo post dicemus, quando de hac re in particulari tractabimus) multo has minores æstimando, comparatione illarum. Quo enim pluris facit illa siue spiritualia sint, siue non, quæ intelligit, gustat, & imaginatur, tanto amplius ex supremo bono detrahit & aufert, maioremque patitur moram in perueniendo ad illud: & quo minoris facit omne illud, quod habere potest, respectu, seu consideratione summi boni, tanto plus illi addit, plurisque illud facit, & consequenter tantò plus ad illud accedit. Hocque modo in tenebris, fide mediante, quæ licet obscura sit, admirabilem tamẽ præbet lucẽ, maximopere anima diuinæ vnioni appropinquat. Profectò si Anima aliquid videre, seu intelligere valet, magis excæcetur, & obfuscaretur circa Deum, quam ille, qui oculis apertis solem splendentem intrueretur. Quamobrem in hoc diuinæ vnionis itinere, suas potentias excæcando, lumen debet videre: iuxta illud Saluatoris in Euangelio. *In iudicium ego in hunc mũdum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant &c.* Quod vt sonat, intelligi debet de isto itinere spirituali, nempe quod Anima illa, quæ in obscuritate fuerit, & se omni sua luce naturali, & propriis priuauerit, ipsa supernaturaliter videbit: illa vero quæ alicui suæ luci inniti voluerit, excæcabitur magis, & ampliores in hoc vnionis itinere moras sustinebit.

Vt autẽ minus cõfule procedamus, existimo necessariũ fore capite sequenti declarare, quidnam sit istud, quod vnionẽ animæ cõ Deo appellamus: arbitror enim, magnã id allaturum lucẽ ijs, quæ in sequentibus dicturi sumus. Vnde iudico expediens, Tractationem hæc prosequi, velut huius loci propria. Licet, n. interrumpatur quodammodo filũ eorũ, de quibus nunc agimus; non

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

Ioan. 9. 39

tamen est extra institutum nostrum hæc Tractatio: siquidem ijs ipsis, de quibus disputamus, dabit lucem.

Quare sequens caput erit parenthesis instar: confestim enim nobis ad Tractationem de tribus Animæ potentijs in particulari, in quantum tres Theologicas virtutes respiciunt, & ad hanc secundam spirituales noctem spectat, redeundum erit.

CAPVT V.

Quid sit vnio Animæ cum Deo explicatur, & comparatio seu similitudo quadam proponitur.

EX hucusq; dictis, aliquatenus conijci, & intelligi potest, quidnam illud sit, quod hic vnionem cum Deo appellamus, & id eo clarius intelligentur, quæ hoc loco de ea adducemus. Non est in præsentem mens mea explanare in particulari, qualis sit vnio intellectus, & qualis voluntatis; qualis etiã memoriæ, qualis transiens, & qualis permanens in dictis potentijs, & qualis totalis; de his enim postmodum agemus, quæ etiã comodius multo percipiuntur in locis proprijs, quando nimirum de eadem pertractando materiã, præ oculis viuum habebimus exemplũ, simul cum intelligentia præsentem, ibi quælibet res percipietur, & animaduertetur, meliusque de illa feretur iudicium. In præsentem solummodo mihi sermo est, de ista vnione totali, & permanenti secundum Animæ substantiam, ac eius potentiã, quantum ad habitum vnionis spectat; nam quantum ad Actum pertinet, Deo fauente postmodum agemus, & ostendemus, qualiter nec habeamus, sed nec habere in hac vitã possumus vnionem permanentem in potentijs, sed solummodo transeuntem.

*Multiplex
Anima vnio
cum Deo.*

*De qua
narratio
in præ
sentem agitur.*

Ut itaque qualisnam sit vnio hæc, de qua agimus, intelligamus, sciendum est, Deum in quacunq; Anima, licet illa sit maxime inter homines peccatoris, manere, & substantialiter esse præsentem. Et hic vnionis modus, vel præsentia, (quam possumus appellare naturalis ordinis) semper inter Deum, & vniuersas creaturas reperitur, secundum quem etiam conseruat illis esse, quod habent: ita ut si ab illis secundum istum vnionis, seu præsentia modum abesset, statim in nihilum redigerentur, & desinerent esse. Quare cum de vnione Animæ cum Deo loquemur, nequam loqui volumus, de huiusmodi Dei præsentia substantiali, quæ semper in omnibus creaturis reperitur, sed de transformatione, & vnione Animæ cum Deo per amorem: quæ tunc solum perficitur, quando interuenit similitudo amoris, inter Deum, & Animam; & idcirco hæc vocabitur vnio similitudinis, sicut illa vnio essentialis, vel substantialis, & illa naturalis, ista supernaturalis, quæ tunc est quando duæ voluntates, Animæ videlicet, & Dei sunt vniformes, nec in vna aliquid reperitur, quod alteri repugnet; sicque quando Anima totaliter ablegauerit à se omne illud, quod repugnat, nec conformatur voluntati diuinæ, remanebit in Deum per amorem transformata.

Quod non solum intelligitur de eo, quod actu repugnat, sed etiam de eo quod repugnat secundum habitum, ita ut non solum voluntarij imperfectionum actus, ab Anima debeant abesse, sed etiam illarum habitus. Et quoniam nulla creatura, nullaque illius actio, aut habitus, pertingere potest ad id quod est Deus, ideo debet detudari Anima ab omni creatura, & ab omnibus actionibus, & habitibus.

*Ista de qua
hic agitur
anima cum
Deo vnio,
appellari
potest vnio
similitudinis.*

*Non solum
voluntarij
imperfectionum
actus abesse
debet ab
Anima
que ad vnionem
cum Deo
appertinet,
sed etiam
illarum
habitibus.*

habilitatibus suis, hoc est, à sua scientiâ, intelligentiâ, gustu, & sentimento: vt hoc modo abiectis omnibus illis, quæ sunt dissimilia & disconuenientia Deo, possit similitudinem Dei recipere, cum iam nihil remaneat in illâ, quod non sit Dei voluntas, & hoc modo in eam transformetur. Hinc est, quod licet verum sit, Deum, vt diximus, semper inesse Animæ, dando illi suam esse naturalem præsentiam suam, illudque conseruando: non tamen semper illi communicare esse supernaturale. Hoc enim non communicatur, nisi per amorem, & gratiam, in qua non omnes Animæ viuunt; & illæ quæ viuunt non in æquali gradu: quædam enim plures habent, quædam pauciores gradus amoris: vnde illi Animæ magis se communicat Deus, quæ magis in amore excellit, quod nihil aliud est, quàm magis conformem habere voluntatem diuinæ; & quæ totaliter habet illam conformem, & similem, est quoque totaliter vnita, & in Deum supernaturaliter transformata. Quam ob causam, & viam explicatum est, quantò amplius aliqua Anima vestitur creatura, eiusque habilitate, secundum affectum, & habitum, tantò minus dispositionis habet ad talem vnionem: non enim dat integre locum Deo, vt illam in esse supernaturale transformet. Debet itaque Anima denudari ab istis contrarietatibus, & dissimilitudinibus naturalibus, vt Deus, qui naturaliter in eâ præsens est, per essentiam illi sese supernaturaliter communicet per gratiam. Et hoc indicare voluit D. Ioannes cum dixit: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* ac si manifestius diceret: illis solummodo dedit potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, hoc est, non ex complexione, & compositione naturalibus; neque ijs qui ex voluntate car-

nis, hoc est, ex arbitrio naturalis idoneitatis, & capacitatis, nec minus illis, qui ex viri voluntate nati sunt: (quibus verbis omnigena arbitrâdi, & cõprehendendi per intellectum ratio includitur) nemini istorum potestatem dedit filios Dei perfectè fieri, sed illis dumtaxat, qui ex Deo nati sunt, hoc est, his qui per gratiam renati, præeunte morte veteris hominis, leuant se supra se ad supernaturalia, huiusmodi renascentiam, & filiationem recipiendo, quæ est super omne id, quod excogitari potest. Vt enim idem D. Ioannes, alio loco *Ioan. 3. 5.* ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.* i. qui non renascetur in spiritu sancto hoc Dei Regnum, statim videlicet, perfectionis videre non poterit; potro renasci in spiritu sancto perfectè, in hac vita, est animam esse Deo simillimam in puritate, absque mixtura aliqua imperfecticnis, & hoc modo poterit fieri pura transformatio, per participationem vnionis, non tamen essentialiter.

Vt autem vtrumque clarius percipiatur, placet hanc proponere similitudinem. Percutit solis radius aliquam vitream fenestram; si vitrum aliquibus scater maculis, vel nubeculis, non poterit illud sol luce suâ illustrare, & totaliter transformare, eo modo quo id efficeret, si vitrum esset pellucidum, ac ab omnibus illis maculis immune: imo tanto minus illud illustrabit, quantò minus illud fuerit ab illa labe, maculisque denudatum, nec hoc per solem stabit, sed per ipsummet vitrum, ita vt si illud fuerit omnino depuratum ac limpdatum, totaliter illud illustraturus transformaturusque sit radius, vt ipsemet radius vitrum videatur, eandemque præbeat lucem, quamuis nihilominus vitrum, licet radio simillimum appareat, verè tamen distinctam habeat naturam

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

.124

Elegans similitudo
qua vnio
diuina de-
claratur.

turam ab ipso radio, possumusq; rectè vitrum illud, radium, vel lucem per participationem appellare. Eodem pacto anima, est vitri instar, quam continuo ferit, vel, vt aptius loquar, in qua perpetuo naturaliter manet, hæc diuina lux essentia diuinæ, quemadmodum explicuimus. Præbendo itaq; locum anima, hoc est, abijciendo à se omnem maculam, vel labem creaturarum, quod fit habendo voluntatē suam perfectè cum Dei voluntate vnitam, (amare quippè nil aliud est, quam in expoliando, & denudando se propter Deū ab omni eo quod ipse non est laborare) confestim, remanet illustrata, ac in Deum transformata. Communicat quippè illi Deus esse suum supernaturaliter, vt videatur ipsemet Deus, & ea quæ Deus habet, ipsa quoque habeat; & quando Deus facit hunc supremum fauorem Animæ, eiusmodi fit inter eos vnio, vt vniuersa quæ Dei sunt, & quæ sunt animæ, vnum sint in transformatione participante, & Anima plus Deus tunc apparet, quam Anima, imò est Deus per participationem: quamuis verum sit, illam esse suum naturale ita distinctum, à Diuino esse retinere, sicuti antea. licet sit in Deum transformata, quemadmodum etiam vitrum, distinctum suum esse retinet à solis radio, à quo fuit illustratum.

*Quid sit
Deum perfecte
amare.*

*Animam
in Deum
transformata
videtur ipse
Deus.*

*Potissima
ad vniōem
Diuinam
preparatio
est puritas
amoris.*

Ex dictis manifestius patet, dispositionem ad hanc vniōem sicut diximus, non esse proprium animæ intelligere, neque gustare, neque sentire, neque imaginari circa Dei naturam, vel qualemcumq; aliam rem, sed puritatem esse atque amorem, hoc est, perfectam resignationem, ac totalem denudationem propter Deum factam, & sicut non potest haberi transformatio perfecta, nisi perfecta puritas antecedat, ita secundum, puritatis gradum, erit illustratio, illuminatio &

vnio Animæ cum Deo, maior vel minor, licet vt dico, non ea futura sit, vnde quaque perfecta, si Anima non omnino, & vnde quaque fuerit defæcata, & pura. Rem etiam hanc, alia similitudine declarare placet. Erit imago aliqua perfectissima, & singularis excellentiæ, quam docta manus præstantioribus, sublimissimisque coloribus depinxit, quorum aliqui ad eò tenui sunt Lineæ ducti, vt vix ob eorum subtilitatem, ac præstantiam discerni possint. Imaginem hanc, si inspexit ille, qui minus claros perspicacesque oculos habet, pauciores in illa præstantias, & subtilitates agnosceret: qui verò puriores oculos habuerit, eo plures imaginis excellentias animaduertet; quòd si aliquis acutiore, & limpidiori oculo sit præditus, plures etiam imaginis perfectiones contemplantur, & tandem ille qui clariorem defæcatioremque visuam habuerit potentiam, plures eius perfectiones, ac subtilitates animaduertet. Imago enim ad eò eminent, & excellit, torque videnda in se complectitur, vt licet quisquam plurima illius videndo assequatur, multò tamen adhuc plura stupenda ad videndum, & oblectandum residua illi sint. Eodem modo affirmare possumus; Animas se se cum Deo habere, in hac illustratione, vel transformatione. Licet enim verum sit, Animam secundum suam multam, vel exiguam capacitatem, potuisse ad vniōem peruenire, sed non omnibus id contingit in æquali gradu: hoc enim euenire solet, secundum quod placuerit Domino, vnicuique fauorem hunc impertiri: res enim hæc fieri solet ad similitudinem medi illius quo Deo fruuntur beati in cælo: quidam enim perfectius illum intuentur, alij verò minus perfecte, & clarè, vniuersi tamen Deum aspiciunt, omnes.

*Non enim
anima que
ad vniōem
peruenit
æqualem
illum gra-
dum natu-
ræ sequitur.*

*Vnio cum
Deo similitu-
ditate gra-
dia.*

omnesque sunt satisfacti, & iucundi; habent enim expletam capacitatem suam iuxta maius, vel minus meritum.

Hinc est, quod licet reperiantur in presenti vita aliquæ Animæ, æquali tranquillitate, ac pace in suo perfectionis statu perfruentes, forteque (sua vnaquæque contenta, poterit tamen illarum aliqua, multò pluribus vnionis huius gradibus alijs præminere, & nihilominus æqualiter vnaquæque esse satisfacta, seu contenta, secundum vnus cuiusque dispositionem, & notitiam, quam de Deo habet. Verum anima illa, quæ tantam puritatem non acquirit, quantum videntur requirere illustrationes, & vocaciones diuinæ, nunquam ad veram pacem, satisfactionemque peruenit; siquidem non est affecta nuditate illam, ac vacuitatem potentiarum, quæ ad puram simplicemque vnionem necessaria est.

CAPVT VI.

In quo demonstratur, tres Theologicas virtutes, et Anima potentias perficere debere; & quâ ratione virtutes istæ euacuant illas, ac in tenebris constituunt. Elucidantur ad hoc institutum duæ auctoritates, S. Luca vna, Ista altera.

Cum itaque nunc tradendus nobis, & præscribendus sit modus, tres animæ potentias, intellectum nimirum, memoriam, & voluntatem, in noctem hanc spirituales introducendi, quænox, est medium vnionis diuinæ obtinendæ; necesse est primo loco ostendere in hoc capite, quomodo tres Theologicæ virtutes, Fides, Spes, & Charitas, medijs quibus Anima secundum suas potentias vnitur Deo, eisdem efficiunt vacuitatem, ac obsecurita-

tem vnaquæque; in sua potentia, fides in intellectu, spes in memoria, charitas in voluntate. Postmodum verò agemus, quâ ratione perfici debeat Intellectus in fidei tenebra, & quomodo vacuum Memoriae in spe, quæ etiam ratione debeat Voluntas ingredi carentiam, seu nuditatem omnis affectus, vt ad Deum possit proficisci. Quæ postquam præstiterimus, manifestè constabit, quam necessarium sit animæ, vt tuta itinere hoc gradiatur, per hanc obscuram noctem, innixam tribus istis virtutibus, incedere, quæ illam ab omnibus rebus euacuant, ac illarum intuitu obscuram efficiunt, vt, enim dictum est, Anima non coniungitur Deo, in hac vita mediante intellectu, aut gustu, aut imaginatione, aut quocunque alio sensu; sed solummodo per fidem, secundum Intellectum, per spem, quæ attribui memoriæ potest, (licet illa se dem suam in voluntate habeat) in quantum spes generat, vacuitatem, obliuionemque quarum eunque caducarum, aut temporanearum rerum, reseruando totam Animam summo illi bono, quod sperat, & expectat. Per amorem denique vnitur Deo secundum voluntatem. Vniuersæ hæ tres virtutes, sicut diximus, expoliant, ac exinaniunt potentias. Fides euacuat, & obscurat Intellectum ab omni intellectu: Spes euacuat Memoriam ab omni omnium rerum possessione, seu usurpatione. Et Charitas euacuat, ac expoliat voluntatem, ab omni amore, & gustu illorum omnium, quæ non sunt Deus. Fides enim (vt patet) ea nobis proponit, quæ intellectu, secundum eius rationem, ac naturale lumen considerato, capi non possunt. Vnde loquendo de illa S. Paulus, dicit eam esse sperandarum substantiarum rerum. *Fides est sperandarum substantiarum rerum.*

Anima coniungitur Deo per fidem in intellectu, per spem in memoria, & per charitatem in voluntate. Cur spes attribuitur memoriæ?

Ad Hebr. 11. 1.

Et

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

Et licet intellectus magna cum certitudine, ac firmitate illis assensum præbeat; non sunt tamen eiusmodi res, quæ intellectui pateant, aut ab illo penetrantur: si enim illi manifestæ fierent, non esset amplius fides, quæ licet intellectum efficiat certum, non tamen illum facit clarum, quin potius obscurum. Nec ambigere licet, spem quoque constituere memoriam in tenebris, & vacuitate omnium, quæ hinc sunt, & omnium, quæ sunt illuc (hoc est omnium rerum, tam præsentis vitæ quam futuræ) spes enim semper est illorum, quæ non possidentur; si enim possiderentur, iam non esset spes. Vnde S. Paulus dixit: *Spes qua videtur, non est spes*: nam

*Ad Rom. 8
v. 24.*

quod videt quis, (id est, quod possidet) quomodo sperat? Ergo etiam virtus hæc vacuitatem efficit: cum circa illa versetur, quæ non possidentur, non verò circa illa quæ possidentur. Nec minùs Charitas euacuat voluntatem ab omnibus creatis rebus: siquidem nos ad Deum supra omnia amandum, obstringit. Quod nequam fieri potest, nisi separando, & auellendo amorem ab omnibus illis, ut in Deo integer collocetur. Et ideo dixit Christus

*Luc. 14. 9.
33.*

apud S. Lucam: *Qui non renunciat omnibus qua possidet (voluntate) non potest meus esse discipulus.* Atque ita vniuersæ istæ virtutes collocant Animam in obscuritate, omniumque rerum vacuitate. Notanda, & consideranda est hoc loco parabola illa, quam redemptor noster per S. Lucam protulit;

Luc. 11. 5.

Amicum debuisse media nocte pergere ad petendos tres panes; qui tres has virtutes significant. Dixit illos media nocte petiisse, ut intelligamus, Animam in suis potentijs obscuratam, disponi debere, ad perfectionem trium istarum virtutum, illarumque perfectionem in hac Nocte acquirere.

Mat. 6. 2.

Capite etiam sexto Isaïæ legimus; duos

Seraphinos Prophetam ad latera Domini conspexisse, vnumquemque sex alis instructum: quarum duabus velabant suos pedes; significando hoc modo extinctionem ab alienationemque affectuum voluntatis in omnibus rebus, idque solius Dei amore: duabus verò alis velabant facies suas; significando tenebras, & obsecritatem intellectus coram Deo, alijs verò duabus volabant, ut intelligamus, volatum spei ad ea, quæ non possidentur, eleuata supra omne illud, quod extra Deum possideri possit. *Seraphin stabant super illud: sex ala vni, & sex ala alteri; duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.*

Ad has igitur tres virtutes, inducere debemus tres Animæ potentias; imbuedo Intellectum fide, Memoriam ab omni possessione denuudando, & Voluntatem charitate inflammando: istoque modo eas in obscuro collocando, & ab omni eo, quod tribus his virtutibus conformem & consentaneum non fuerit, denuudando.

Atque hæc est Nox illa spiritualis, quam in superioribus diximus Actiuam: Anima enim, quantum in se est facit, ut illam ingreditur. Et quemadmodum, dum de nocte sensitua ageremus, præscriptimus modum euacuandi sensitivas potentias, à suis sensibilibus obiectis, quantum ad Appetitum spectat; ut hac ratione Anima egrederetur à suo termino à quo, & ingrederetur itineris medium, nempe Fidem; sic in hac spirituali Nocte trademus Deo fauente modum, quo spirituales potentie euacuentur, & ab omni eo, quod Deus non est, repurgentur; docebitur inquam, quæ ratione remanere debeant, in harum trium virtutum obscuritate, quæ sunt medium, & dispositio ad vniendam Deo Animam. Et in hoc quem tradidi-

*Quid in
libro ista
intendat
Auctor.*

*NOTA.
Nox affi-
na, in qua
introducitur
anima,
quidam
sunt.*

didimus modo, omnis securitas reperitur, tam contra Dæmonis astus, quam etiam contra proprij amoris, & eorum, qui ex eo nascuntur, ramorum, insidias: qui quidem proprius amor, solet subtilissimè decipere, & spiritualium iter præpedire: eò quòd nesciant sese expoliare, ac denudare, regendo se, ac gubernando secundum istas tres virtutes; sicque nunquam veram medullam, & puritatem spiritualis boni attingunt, nec a deo recto, ac compendioso itinere, sicut possent, incedunt.

Verùm animaduertendum est, me nunc peculiariter cum ijs loqui, qui iam cœperunt ingredi contemplationis statum: cum incipientibus enim aliquanto fufius hisce de rebus tractandum erit quod fiet, cum de illorum proprietatibus disputabimus.

CAPVT VII.

In quo ostendit, quam angusta sit via, qua ducit ad vitam: quamque liberi, ac expediti debeant esse illi, quibus per eam incedendum est.

Incipit etiam de intellectu nuditate agere.

AD agendum nunc de nuditate, ac puritate trium Animæ potètiarum, requirebatur profecto scientia maior, spiritusque sublimior eò, quem mihi inesse sentio, ut spiritualibus persuadere possim, quàm angusta sit hæc via, quam Saluator noster dixit ducere ad vitam: ut veritate hæc conuicti, non tantoperè admirarentur vacuitatem, ac nuditatem, in qua potentias Animæ in nocte hac relinquere, ac deserere debemus. Ad quem finem, attente pensanda sunt illa verba, quæ apud S. Mathæum Dominus noster legitur dixisse: quæ nos nunc huic obscuræ Nocti, & eleuatæ perfectionis viæ, accommodabimus, & applicabimus. *Quàm angusta in-*

quit porta, & arcta via est, qua ducit ad vitam; & pauci sunt qui inueniunt eam. Quo loco alta mente perpendenda est ponderatio illius particulæ *Quam*. Perinde enim est, ac si dixisset. In veritate, est valde angusta, plus etiã quàm existimatis. Est præterea animaduertendũ primo dixisse; angustã esse portam, ut hoc modo innueret, quòd ad hoc, ut Anima per istã Christi portã, quæ est viæ huius principium intrèt, se debeat primo coarctare, voluntatemq; à rebus omnibus sensibilibus, & temporaneis, per Dei supra omnia amorè denudare, ac alienare. Quæ res ad sensus nocte pertinet, de qua iam locuti sumus. Et cõtinuò subiungit Dominus, arctam esse viam, videlicet perfectionis: ut serid inculcarer, quod ad arripiendum perfectionis iter, non solum intrandum sit per angustam portam, abnegando, & euacuando vniuersa, quæ sunt sensui conformia, sed etiam omni proprietati renũciandum, coarctando se ipsum, ac pure expediendo ab omnibus quæ spectant ad portionem spiritus. Quamobrem illud, quod de porta angusta dixit, applicare, & attribuire possumus sensitiuæ hominis parti; quod verò de via arcta locutus est, spirituali, & rationali. Porro in eo quod asserit; paucos esse qui viam hanc inueniunt; obseruanda est paucitatis huius causa, quæ est, quia pauci inueniuntur, qui norint, & velint summam hanc spiritus vacuitatem, & nuditatem ingredi. Hæc enim excelsi Perfectionis môtis semita, cum necessariò sursum tendat, & arcta sit; eiusmodi requirit ascendentes, qui nullo sint pondere onusti, quod illos ad inferiora premat; nec aliquod obstaculum patiantur, quod illos à conscõu ad superiora remoretur. Et quoniam hæc est negotiatio seu commercium, in quo solus Deus quæritur, & acquiritur; ille solus quærendus est, & acquirendus.

F

Ex

B.
Ioaannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

*Cur pauci
sint qui
norint, &
velint,
summam
spiritus
nuditatem
ingredi.*

Non solum ab omnibus illis rebus, quae creaturas respiciunt vacua esse debet anima ad perfectionem aspirans, sed etiam in vniuersis quae spiritualia sunt oportet esse annihilatam.

Marci 8.

34.

Quantam Saluator noster abnegatione a suis requiritur.

Crauis

nonnullarum spiritualium in materia mortificationis error.

Ex quibus manifeste apparet, non solum Animam ab omnibus illis, quae creaturas concernunt, debere esse expeditam, & immunitatem, verum etiam in vniuersis illis, quae spiritus sunt, annihilatam, abalienatam, & absque ullo proprietatis numero, incedere debere. Quamobrem erudiens nos Saluator noster, & veluti in viam hanc introducens, admirabilem illam doctrinam apud S. Marcum protulit, tantum minus (si audeo dicere) a spiritualibus viris executioni, per ipsius exercitia datam, quantum est necessaria magis, & proficua. Quam doctrinam, quoniam tantopere necessaria est, adeoque ad institutum nostrum facit, placuit hoc loco referre, ac in spirituali, genuinoque illius sensu explanare. Dicit itaque Dominus. *Si quis vult me sequi, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, saluam faciet eam.* O quis digne verbis exprimere posset, quis par esset exercere, ac degustare id, quod in hac adeo sublimi Saluatoris nostri, de nostri ipsorum abnegatione, doctrina continetur? ut spirituales personae animaduertere penitusque pernoscere possent, quam diuersus illis in hoc itinere in eundem esset modus ab eo, quem multi illorum optimum esse existimant, quibus videtur, quemlibet recessus & abstractionis modum, & qualemcunque rerum reformationem ac correctionem satis esse. Nonnullis spiritualibus sufficit, sese aliquantulum in virtutibus exercere, qui etiam orationi continuo insistunt, mortificationique dant operam: non tamen illam nuditatem, & paupertatem, vel abnegationem, vel puritatem Spiritualem (omnia quippe haec vnum idemque sunt) quam nobis hoc loco consulit Dominus, perueniunt, cuius rei ea est ratio, quia adhuc nutriunt, ac vestiunt naturam suam consolationibus potius, quam

illam ab omnibus spiritualibus blandimentis, ob Dei amore denudent, & abneget. Existimant enim isti, satis esse in rebus mundanis abnegare naturam, nec opus esse annihilare, & repurgare illam a spirituali proprietate. Hinc oritur, quod statim a aliquid ex solido isto (quod nihil aliud est, quam annihilatio omnis in Deo suauitatis, in siccitate, insipiditate, & afflictione, quae est Crux pure spiritualis, & nuditas pauperis spiritus Christi) sese obtulerit; non minus ab eo, quam ab ipsa morte abhorret: solumque requirunt dulcedines, & communicationes deliciosas, ac satietate quaedam in Deo, quae nullo pacto dici potest sui ipsorum abnegatio, vel spiritus nuditas, sed potius gulosis, seu ingluuiis spiritus. Quia in re efficiuntur spiritualiter inimici Crucis Christi: verus enim spiritus potius quaerit id, quod insipidum est in Deo, quam id quod lapidum: & potius ad patiendum constitit, quam ad captandam consolationem: & potius ad cendum omni bono propter Deum, quam ad illud possidendum: ad ariditates potius, & afflictiones, quam ad communicationes suaves. probè enim nouit, hoc esse Christum sequi, & semetipsum abnegare: istud verò nihil aliud fortassis esse, quam seipsum in Deo quaerere, quod valde contrariatur amori. Siquidem seipsum in Deo quaerere, est delicias, blandimentaque Dei aucupari. At Deum in se quaerere, non solum est omnibus carere velle propter Deum, sed etiam sese ad volendum, & eligendum propter Christum, quodcumque maxime insipidum, siue illud a Deo proficiscatur, siue a mundo spectare ac inclinare; & hic est verus Dei amor.

O, quis pro rei dignitate verbis assequi posset, usquequod vult Deus hanc abnegationem peruenire? Illa profecto debet esse veluti quaedam mors, & annihilatio, temporalis, naturalis & spiritualis rerum omnium,

Qui sunt Spirituales licet inimici Crucis Christi

Verus Spiritus qui sunt

Parvè Deum quaerere in quo consistat

Abnegatio haec seu nuditas, debet esse mortifera

omnium, quantum quidem ad voluntatis
 estimatione spectat, in qua morte, vniuer-
 sum nostru lucrum reperitur. Et istud est,
 quod hoc loco insinuare voluit Saluator
 noster, dum ait, *Qui voluerit saluare Animam
 suam, perdet eam.* Id est, qui aliquid posside-
 re, vel sibi ipsi quærere voluerit, iste illud
 amittet, & qui perdidit animam suam pro-
 pter me, ille lucrabitur eam. Hoc est, ille, qui
 propter Christum renuntiauerit omnibus
 illis, quæ voluntas appetere, & degustare
 poterit, eligendo, quod magis Cruci cõ-
 lentaneum appareat (quam rem idẽ Do-
 minus apud S. Ioannem vocat, odio ha-
 bere animam suam) hic illam lucrabitur.
 Id ipsum etiam Maiestas eius, duos illos
 discipulos, qui dexteram ipsius, sinistram-
 que sibi deposcebant, edocuit, quando in-
 ter cõs ambitiose eorum petitionis gloriæ
 flo, calicem illis, quem ipsemet esset bi-
 biturus, obtulit, veluti rem longè pretio-
 sorem, & tuciorẽ in præsentĩ vita, gau-
 dio, & lætitiã, quam posebant.

Calix porro hic nihil est aliud, quàm
 naturæ propriæ emori, denudando illam,
 vt possit per hanc angustam semitã ince-
 dere, & auellẽdo ab omni eo, quod ad illã
 quoquo modo secundũ sensum spectare
 potest (vt iã diximus) & ab omni eo, quod
 illã secundum spiritum concernit (vt iam
 dicturi sumus) ab eius videlicet intelle-
 ctione, fruitione, sensu; ita vt non solũ ab-
 que proprietate vlla in vtroq; remaneat,
 sed vt neq; hoc secũdo, Spirituali scilicet,
 ad viam angustam inẽundã sit implicata,
 ac præpedita iter enim hoc aliquid aliud,
 præter abnegationẽ, & Crucẽ (quemad-
 modum innuit Saluator) quæ est baculus,
 seu scipio, cui innitendum est, non capit;
 quæ etiam iter hoc maximo perẽ compla-
 nar, & alleuiat. Hinc Dominus noster di-
 xit apud S. Matthæum: *Iugum meum suauẽ
 est, & onus leue, quod onus Crux est.* Nam

si quis iam statuit firmiter, subijcere sese,
 Crucemque hanc tollere: quæ nihil aliud
 est, quàm seridõ propo nere, ac apud se cõ-
 stituere, velle reperire, & sustinere tribu-
 lationes in rebus omnibus propter Deũ, in
 omnibus profectõ illis, magnã inueniet
 mentis telectionem, ac suauitatẽ, vt possit
 ira nudus ab omnibus, nihilq; omniũ vo-
 lẽdo, iter istud perficere. At si aliquid pos-
 sidente cũ proprietate aliquã voluerit, siue
 id Dei sit, siue alicuius alterius rei iam non
 amplius nudus incedit, neq; sese in omni-
 bus abnegauit: vnde nec poterit semitam
 hãc angustã ingredi, nec per eã ascendere.

Cuperem ego hominibus spiritualibus
 omninõ persuadere, viã hanc ad Deũ, ne-
 quaquã in considerationibus seu medita-
 tionibus multis, neq; in modis, aut gusti-
 bus sitã esse (licet hæc incipientibus neces-
 saria sint) sed in vno solo necessario, quod
 est, vt norint seridõ sese, tã in interioribus,
 quam exterioribus abnegare, exponendo
 se propter Christum cuiusq; dolori, & in
 omnibus seipos annihilando. Si enim
 fideliter in istis sese exercuerint, omnia il-
 la, & multo plura hic agũtur, atq; reperiũ-
 tur. Quod si in hoc abnegationis exercitio
 fuerit defectus, & negligentia (quod est,
 summa omniũ radixque virtutum) omnes
 isti alij modi nihil aliud sunt, quam radice
 prætermissa ramusculos cõsectari, ac pro-
 inde in hac via non proficere, licet huius-
 modi sublimes habeant considerationes,
 & communicationes. Verus enim in vita
 Spirituali progressus non reperitur, nisi in
 Christi imitatione, qui est via, veritas, &
 vita, & nemo venit ad Patrem, nisi per
 ipsum, *Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit
 ad Patrem nisi per me.* Et in alio loco dicitur,
*Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabi-
 tur.* Quamobrem omnẽ Spiritum, qui ad
 Deũ ire cupit per dulcedines, cõmodita-
 tesque, & Christiũ imitari recusat, minimẽ

*Cui mor-
 tificationis
 Crux sua-
 uis sit &
 incunda.*

*Nota
 Via ad
 Deum non
 in medi-
 tationibus
 multis, aut
 modis, seu
 gustibus
 sitã est, sed
 in unico
 interna,
 externaq;
 abnegatio-
 nis studio.*

*Ionn. 1.4.
 v. 6.
 Verus in
 Spirituali
 via pro-
 gressus in
 Christi i-
 mitatione
 consistit.
 Ionn. 10.
 v. 9.*

B.
 Joannis
 a Cruce

Opera
 mystica

NVI
 129



bonū iudicarem. Et quoniā asserui, Christū viam esse, & viam hāc nihil esse aliud, quā naturā nostrā mori, non solum in rebus quæ ad sensus spectant, sed in his quoque quæ ad spiritum; cupio declarare, quoniam pacto id ad imitationem Christi fieri debeat: ipse quippe nostrum est exemplar, & lumen.

Nota
Quoniam
pacto ad
Christi-
mitationē
spiritua-
liter mori
debeamus.

Quantum ad primam partem, sensitivam scilicet spectat, manifestè constat, Christum toto sacratissimæ vitæ suæ tempore, spiritualiter illi mortuum fuisse, naturaliter verò in morte suâ, ut enim ipsemet dixit; dum viveret, non habuit ubi reclinaret caput: *filii autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* dum verò moreretur, multo minùs.

Matth. 8.
19.

Quantum verò ad secundam hominis partem spectat; ad mortificationem videlicet, abnegationemque spiritualem & internam, nemini ambigere licet; Christum in ipso mortis suæ articulo derelictum, & quodammodo annihilatum in anima remāsisse: dereliquit quippe eum Pater suus cœlestis absque consolatione vlla, in incimā ariditate. Quare in Cruce clamavit:

Matth. 27.
v. 46.

Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quæ fuit maxima derelictio, in parte sensitiva, quam vniquam in vita sua habuerat, unde tunc temporis opus omnium maximum peregit, cuiusmodi totius vitæ suæ decursu, nec operibus alijs stupendis, nec miraculis perfecerat. Quod fuit generis humani reconciliatio, & cum Deo per gratiam coniunctio. Quæ res eo temporis momento peracta est, quo iste Dominus maximè fuit in omnibus annihilatus; in hominum scilicet æstimatione, ac iudicio: cum enim cernerent, illum in ligno infami, vitam amittere, potius illum irridebant, quā alicuius momenti reputabant. Id ipsum illi in natura euenit, in qua se se quodammodo annihilabat morien-

do. Denique annihilabatur respectu protectionis, ac consolationis paternæ: illo siquidem tempore derelictus fuit ab eo, ut purè, & secundum iustitiæ rigorem exolveret debitum, hominemque sic annihilatus, & velut in nihilum resolutus, Deo copularet. Quare de illo loquens David ait: *Ad nihilum redactus sum & nescivi.* Ut hinc intelligat verus spiritualis, Portæ mysterium, & viæ Christi ad vniōnem cum Deo obtinendam, sciatque, quo magis propter Deum sese annihilaverit, secundum duas has portiones, sensitivam videlicet, & spiritualem, eò se magis, arctiusque Deo vniendum, tantoque insignius tunc perfecturum opus: quando verò cōsecutus fuerit statum, ut in nihilum redigatur (quod fiet, cum ad humilitatis abyssum defluerit) tunc optatissimam celebratum iri vniōnem Animæ cum Deo, qui est maximus ac sublimissimus status, ad quē in hac mortali vita perueniri possit. Non itaque rei huius summa in refectionibus, gustibus, ac perceptionibus spiritualibus consistit; sed in viua quadam crucis morte, sensitivâ, & spirituali, interiori, & exteriori.

Non placet prolixius hac de re loqui; licet nunquam ab huiusmodi tractatione superfedere cuperem: animadverto quippe, valde exiguam læs v Christi notitiam haberi ab ijs, qui se eius amicos arbitrantur, videmus siquidem, illos suas in ipso consolationes, ac gustus studiosè quærere, se ipsos nimium amando; non verò amaritudines eius, ac mortes; multum illum diligendo. De huiusmodi mihi hominibus, qui vt dixi, eius se amicos existimant, in præsentis sermo est: nam de illis, qui ab eo longè remoti degunt, hominibus nempe magnæ eruditionis, & temporalis potentia conspicuis, cæterisque id genus, qui in mundo ambitionibus suis dedit

Pf. 72. 21.
Mysteriū
Portæ, &
viæ Christi,
quæ ad
vniōnem
cum Deo
perueni-
tur.

Quando
anima op-
tatissimā
cum Deo
celebret
vniōnem.

Valde exi-
gua læs
Christi
habetur
notitia à
plerisq; qui
se ipsos a-
micos ar-
bitrantur.

mediti versantur, verè enunciare possu-
mus; illos nequaquam agnoscere Chri-
stum, quorum quidem finis, quantumuis
bonus sit, erit nihilominus satis amarus; de
his inquam minimè hoc loco mentionem
facimus. At fiet, dubio procul, illorum
mentio in die diuini iudicij: illisenim o-
portebat primum loqui hoc Dei verbum,
tanquam ijs, quos Deus collocauit vel-
ut scopum, & exemplar aliorum; vt pote
sublimiori dignitatis gradu, variaque e-
ruditione insignes.

Verum loquamur nunc cum intellectu
spiritualis hominis, & eius præsertim,
quem Deus gratiâ suâ in contempla-
tionis statu collocauit, (nam vt pluries
dictum est, cum hoc nunc peculiari-
ter ago) doceamusque illum, quâ rati-
one dirigi debeat ad Deum per fidem;
& quomodo à cõtrarijs rebus repurgari:
sic itineri sese accingendo, vt per arctam
istam contemplationis obscuræ semitam
ingrediatur.

CAPVT VIII.

*Qua ratione nulla Creatura, nullaque notitia,
qua intellectum humanum subire possit,
proximum vnionis diuinae medium
esse valeat, in communi de-
monstratur.*

An tequam de proprio, & maximè
ad vnionem apto medio, quod est
fides, agamus; qua ratione nulla res
creata, vel cogitatione concepta, pos-
sit intellectui deseruire, tanquam pro-
prium medium vnionis se cum Deo: &
quomodo omne illud, quod intellectus
cogitatione assequi potest, si illi inhæ-
rere voluerit, potius illi sit impedimen-
tò, quam mediò, operæ precium e-
rit demonstrare. In præsentia itaque ca-

pite, rem hanc in genere probabimus
postmodum vero loquemur de eadem
in particulari, ad notitias vniuersas, quas
intellectus quocunq;ue, siue interiori,
siue exteriori sensu interueniente, reci-
pere potest descendendo: damna præ-
terea & inconuenientia, quæ in intelle-
ctum ex notitijs istis redundare possunt,
ne in itinere isto, mediò proprio quod fi-
des est, innixus, progressum faciat, decla-
rabimus.

Sciendum itaque est, secundum Phi-
losophorum doctrinam; vniuersa media
debere esse proportionata fini, ali-
quam cum eo conuenientiam & similitu-
dinem habendo: talem videlicet, qualis
satis sit, vt per illam possit finis, qui inre-
ditur, adipisci. Exempli gratia: Caput
aliquis ad aliquam Ciuitatem peruenire,
omniò illud ei arripiendum est iter,
quod sit medium perueniendi ad illam.
Similiter ad hoc, vt copuletur & vnia-
tur ignis ligno, necessarium est, vt calor,
qui vnionis huius est medium, tot gra-
dibus caloris disponat lignum, vt ha-
beat, maximam cum igne similitudinem
proportionemque.

Vnde si vellet aliquis disponere li-
gnum, aliquo alio medio præter pro-
prium, qui est calor; verbi gratia ære,
vel aqua, vel terra: impossibile esset,
posse lignum igni vniri. Ad eundem mo-
dum etiam, vt intellectus, quantum in
hac vitâ possibile est, vnietur Deo; neces-
sariò illud debet assumere medium, quod
Deo copulat, habetque cum eo proxi-
mam similitudinem.

Qua in re illud oculatè animaduerten-
dum est; inter vniuersas creaturas, supe-
riores & inferiores, nullam, quæ cum Deo
proximè coniungat, vel cum eius essentia
similitudinem habeat, reperiri. Nam
licet verum sit; vniuersas illas (vt Theo-

F 3 logi

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

*Vniuersa
media da-
bent esse
propor-
tionata fini,
aliquam
cum ipso
similitu-
dinem ha-
bendo.*

*Ad hoc vt
intellectus
vnietur
Deo in hac
vitâ illud
medium
necessariò
assumere
debet,
quod cum
Deo proxi-
mam ha-
beat simi-
litudinè.*

logi docent) certam ad Deum relationem habere, ac quoddam eius vestigium esse; quosdam plus, & quosdam minus, secundum maiorem suam vel minorem perfectionem; nihilominus tamen inter illas & Deum, nullus respectus, aut essentialis similitudo reperitur, imò inter illarum essentiam & divinam, infinita intercedit distantia; & propterea impossibile est, ut intellectus possit perfecte attingere Deum medijs Creaturis, siue illæ cælestes sint, siue terrenæ. idque propterea, quia nulla intercedit proportio similitudinis. Vnde loquens David de cælestibus Creaturis, ait: *Non est similis tuis in Dijs Domine*: appellando Angelos, Animas Sanctas, Deos. In alio etiam loco ait: *Deus in sancto via tua, quia Deus magnus sicut Deus noster?* Ac si dixisset: *via ad perueniendum ad te ò Deus, est via sancta; puritas videlicet fidei.* Quis enim Deus adeo magnus reperiri potest? hoc est, quis Sanctus adeo gloria sublimis, & quis Angelorum tam excelsus natura, erit adeo grandis, ut possit esse via proportionata ac sufficiens ad perueniendum ad te? Et loquens idem Propheta de cælestibus simul & terrenis, ait: *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.* Quod perinde est, ac si dixisset: *Cum in esse suo Deus excelsus sit, videt & animadvertit, viles & abiectas esse secundum essentiam suam res terrenas, essentia suæ sublimi collatas: res autem sublimes, quæ sunt Cælestes Creaturæ, videt & cognoscit, longè ab essentia sua distare.* Ex quibus consequitur, nullam Creaturam proportionatum medium esse posse, ad Deum perfecte attingendum.

Eodem modo Philosophandum est de omnico, quod Imaginatio repræsen-

rare potest, & intellectus in hac vitâ capere; nempe, hæc, necesse, necesse posse proximum medium ad vnionem divinam obtinendam. Si enim loquamur de cognitione naturali; nullâ ratione intellectus aliquid percipere potest, nisi illud, quod speciebus ac rerum imaginibus subest, quæ corporeorum sensuum obsequio recipiuntur: quæ tamen corporeæ res, ut iam docuimus, non possunt esse vnionis huius medium, neque ad hunc effectum aliquid conferre potest naturalis aliqua intelligentia.

Quod si sermo sit de supernaturali intelligentiâ; quantum præsentis vitæ fert status, nullam habet intellectus, corporeæ molis carcere septus, dispositionem capacitatemque ad claram Dei notitiam recipiendam. Hæc quippe notitia, non huius mortalis status est: vel enim moriendum est, vel certè illâ carendum. Et propterea dixit Deus Moyfi. *Non videbit me homo & viuet.* Quam ob causam S. Ioannes dixit: *Deum nemo vidit vnquam.* Et S. Paulus cum Isaia: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Et hæc est causa, cur Moses non fuerit ausus contemplari rubrum, cum Deus in eo præsens esset. Probè quippe agnoscebat, se nullâ ratione intellectu suo posse, ut par erat, Deum contemplari: quamuis etiam hoc, ex sublimissimo Dei sensu, quem conceperat oriretur. De Sanctissimo quoque Elia Propheta Patre nostro legimus, quod cum in monte Horeb moraretur, Deusque præsens adesset, faciem suam obuelârit. Quo factò significauit, sese intellectum obcæcasse, nec fuisse ausum uti instrumento adeo abiecto, in re tam sublimi attingenda: manifestè agnoscendo, quod quicquid con-

Impossibile est in Intellectus Deum attingere possit medijs aliquâ Creaturâ. siue illa cælestis sit siue terrena.

Pf. 85. 8.

Pf. 76. 14.

Pf. 137. 6.

Exod. 33.

10.

Ioan. 1. 18.

1. Cor. 2. 9.

Isa. 64. 4.

Act. 7. 31.

3. Reg. 19.

13.

considerasset, ac in particulari intel-
lexisset, plurimum id Deo dissimile,
ac ab eo diuersum futurum. Hinc ita-
que patet; nullam notitiam, præ-
sentique vitæ apprehensionem, pos-
se instar proximi medij deferuire, ad
excellam amoris cum Deo vnionem.
Quicquid enim intellectus capere, vo-
luntas degustare, ac imaginatio re-
presentare potest, improporionatum
admodum dissimileque Deo est, vt
iam dictum est. Quæ omnia mirum in
modum declarauit. Isaias Propheta di-
cens: *Cui similem fecisti Deum? aut
quam imaginem ponetis ei? nunquid scul-
psit conflauit faber, aut aurifex auro figu-
rauit illud, & laminæ argenteæ argentea-
rum? Per fabrum, hoc loco accipi-
tur intellectus, ad quem pertinet ef-
formare intelligentias, illasque à ferro
specierum ac phantasmatum denudare.
Per aurificem, intelligitur voluntas,
quæ dotata est aptitudine recipiendi
formas, ac figuras delectationum, quas
aurum amoris, quo amat, produxit.
Per argentarium, quem hîc dicit, non
posse effingere Deum argenteis lami-
nis, accipienda est Memoria, cum
adiunctâ sibi imaginatione: quarum
uocitæ & Imaginationes, quas effor-
mare ac effingere possunt, proprie di-
ci queunt similes esse argenti lamellis.
Quod idem est, ac si dixisset. Nec
intellectus speculationibus ac conce-
ptionibus suis, Deo aliquid simile in-
telligere capereque poterit; neque vo-
luntas delectamentum ac suauitatem ali-
quam, quæ illi quæ Deus est quomo-
do sit similis delibare; neque memo-
ria poterit Imaginationi inferere noti-
tias ac phantasmata, quæ illum vt in
se est representent. Ergo manifestè pa-
tet; nullam ex notitijs istis, posse*

intellectum immediatè ad Deum diri-
gere: quinimò ad hoc, vt ad illum
pertingat, debere tendere non intel-
ligendo potius, quam volendo intelli-
gere: & potius sese excæcando, ac in
tenebris collocando, quàm oculos ad
diuinum radium excipiendum, aperiendo.
Hinc prouenit, quod contempla-
tio, per quam intellectus, à Deo illu-
stratur, Mystica Theologia appelletur,
quasi diceretur; Arcana Dei Sapien-
tia: est enim ipsimet intellectui, in
quo illa recipitur, occulta. S. Diony-
sius vocat eam, Radium tenebræ: de
qua loquitur Propheta Baruch: *Viam
Sapientia nescierunt, neque commemorati
sunt semitas eius. Perspicuum itaque est;
intellectum excæcari debere respectu v-
niuersarum semitarum (id est notitia-
rum) quas assequi potest, vt Deo v-
niatur.*

Aristoteles Philosophus docet, quod
quemadmodum vespertilionis oculi sese
habent respectu Solis, qui omninò il-
los excæcat, & in tenebris constituit:
sic intellectus noster sese habet, erga id,
quod in Deo splendidissimum est, quod
nobis omninò obscuritas est & tenebræ.
Idem præterea Philosophus ait: quod
quod res diuinæ in se sunt sublimiores
clariioresque, eo nobis ignotiores sunt,
& obscuriores. Quam etiam rem asse-
rit Apostolus, dicens: quod sublime
est Dei, minus est hominibus notum.
Nec vnquam finis esset adducendi au-
thoritates, rationesque ad compro-
bandum; nullam dari posse eiusmodi
in rebus creatis, quæ possunt in intel-
lectum cadere scalam, cuius præsidio
intellectus peruenire valeat, ad excel-
sissimum hunc Dominum: imò ne-
cessariò sciendum est; quod si in-
tellectus

*Quare ex-
templatio,
Mystica
dicatur
Theologia.*

*Baruch. 3.
23.*

*Intellectus
excæcari
debet re-
spectu v-
niuersarum
notitiarum,
quas asse-
qui potest.*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

tellectus uti veller omnibus istis, vel aliqua illarum, velut medio proximo vniionis adipiscendæ; non solum illi obstaculo futuræ, verum etiam posse occasionem multorum errorum, deceptionumque in montis huius ascensu ei præbere.

CAPVT IX.

Qua ratione fides sit proximum proportionatumque medium intellectui humano, ut Anima ad vniionem diuinam valeat peruenire.

Quod auctoritatibus, diuinarumque scripturarum figuris comprobatur.

EX dictis colligi potest, quod ad hoc, ut intellectus aptus dispositusque ad Diuinam hanc vniionem sit, debeat purus, ac vacuus ab omni eo, quod sensibus subesse potest, remanere: expeditus præterea, liberque ab omni eo, quod clare ac perspicue percipere potest; ita ut intus sit pacatus & quietus, ac in fide constitutus, quæ sola proximum est & proportionatum medium, ut Anima Deo coniungatur: nullum quippe aliud intercedit discrimen, nisi ut Deus clarè videatur, vel credatur. Nam sicut Deus immensus infinitusque est; ita quoque fides eum nobis proponit infinitum: & sicut in se Trinus est & vnus; ita illum Trinum & vnum credendum fides docet, sicque hoc solo fidei medio, Deus se Animæ in sua diuinâ luce, quæ vniuersum superat intellectum, manifestat. Proinde quod maiori fide anima fuerit prædita, eo Deo magis est vnita: & hoc est quod dicere voluit S. Paulus in auctoritate superius allata, vbi dicit: Accedentem ad Deum oportet credere;

Quæ fides sit proximum & proportionatum medium Animæ Deo vniendi.

Quo maiori fide Anima fuerit prædita, eo magis est vnita Deo.

hoc est, ut per fidem tendat in illum: quod fieri debet intellectu obcæcato, & in tenebris per fidem solam eleuato; sub istis enim fidei tenebris copulatur intellectui Deus, sub illisque lateri iuxta quod asseruit Dauid his verbis. *Et caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum, & posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua, in nubibus aeris.* In eo quod dicit: *Caligo sub pedibus eius, & quod; Posuit tenebras latibulum suum, & quod; Tabernaculum eius sit aqua tenebrosa; fidei obscuritas, sub qua velut oclusus & absconditus Deus manet, designatur. In eo vero quod ait: Et ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum; significatur, Deum transuolare ac transcendere omnem intellectum. Cherubim namque idem est, quod intelligentes, seu contemplantes. Pennæ vero ventorum, sublimes delicatæque notitias, & conceptus spiritus significant; quibus omnibus Diuinum eius esse supereminet, quod nulla creatura ex se assequi potest. Cuius rei expressam figuram in sacris litteris legere est: nimirum, quod postquam Salomon templum ex ædificasset, descendit Deus in nebulâ, taliterque repleuit templum, ut filij Israel nullo pacto aspicere valerent, tuncque Salomon hæc verba protulit. *Dominus dixit, ut habitaret in nebula.* Mosis præterea, dum esset in monte, in nebula apparebat, qua ipsemet velabatur. Et tandem, quotiescunque Deus alicui sese singulariter communicabat, in nebula apparebat: sicut patet in Iobo, quo loco scriptura asserit; Deum esse eum ex aëre obscuro ac caliginoso allocutum, respondens autem Iob de turbine dixit. *Quæ vniuersæ tenebræ & caligines, fidei obturritatem**

Ps. 17. 12.

3. Reg. 8.

12.

Exod. 19. 9

Iob 38. 1.

Et 40. 1.

ritatem designant, sub quâ latitat Diuinitas, Anima sese communicans. Quæ communicatio tunc perficitur, quando vt S. Paulus dixit: euacuabitur quod imperfectum est: hæc videlicet fidei tenebra & caligo; & adueniet id quod est perfectum. Diuina nimirum claritas. Cuius rei etiam figuram in Gedeonico bello habemus, in quo de vniuersis militibus legimus, eos manibus lucernas gestasse, quas tamen non videbant: eò quod vasis essent oblectæ, quibus contractis, confectum lumen effulsi. Dedit tubas in manibus eorum lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Ad eundem modum fides, illis vasis adumbrata, in se complectitur Diuinam lucem; hoc est, veritatem illius, quod Deus in se est: quo fidei vase, per mortem caducæque vitæ finem comminuto & contracto, radiabit continuo lux & gloria Diuinitatis. Manifeste itaque patet, quod ad hoc, vt Anima in hac vitâ vniatur Deo, ac illum abque medio participet, debeat prius necesse est vni tenebræ: in quâ, vt Salomon dixit, promisit se Deus habitaturum. Clarum præterea est, debere prope caliginosum aërem sese collocare, in quo placuit Deo, arcana sua lobo reterege: arripere etiam tenebrosas Gedeonis urnas, manibusque gestare, (per exercitium operum suæ voluntatis) lucem, quæ est amoris vniõ, quamuis obscure, mediante fide: vt sic statim ac conuassata fuerint vitæ præsentis vasa, videatur Deus facie ad faciem in gloria.

Reliquum nunc est, vt in particulari vniuersas Notitias, intelligentias, apprehensionesque, quas intellectus recipere potest, demonstremus; necnon damna & obstacula, quæ in hoc fidei itinere adferre possunt; & quâ ratione Anima sese in illis gerere

debeat, vt potius illi sint emolumento, quàm detrimento; siue illæ à sensibus, siue à Spiritu orientur.

CAPVT X.

In quo vniuersarum apprehensionum ac intelligentiarum, quæ intellectui obijci possunt, distinctio affertur.

VT in particulari de commodis & nocuentis, quæ intellectuales notitiæ, apprehensionesque Animæ (quantum ad istud diuinæ vniõis assequendæ, de quo locuti sumus medium, fidem nempe spectat) inferre possunt, agamus; necessarium esse duxi, proponere hoc loco vniuersas, tam naturalis, quàm supernaturalis ordinis apprehensionum species, quæ intellectum subire, ab illoque recipi possunt: vt immediatè illarum ordine seruato, in particulari dirigamus, & veluti manuducamus per illas intellectum, in fidei Noctem & obscuritatem: quod quam breuissimè fieri poterit præstabimus.

Quamobrem sciendum est, duplici viâ posse intellectum notitias & intelligentias rerum comparare: quarum vna est naturalis ordinis, altera verò supernaturalis. Naturalis via, est omne illud, quod intellectus sensuum ministerio, vel certè per se ipsum, ex notitiâ per sensus iam comparatâ, percipere ac intelligere potest, supernaturalis verò, est omne illud, quod intellectui supra capacitatem, & aptitudinem suam naturalem infunditur. Notitiarum istarum supernaturalium, quædam sunt corporeæ, quædam verò spirituales. Corporeæ in
G duplici

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI
129

duplici sunt differentia : Nonnullæ corporaliæ & exteriorum sensuum adminiculo recipiuntur ; aliæ verò corporaliæ etiam, sed interiorum sensuum præsidio: sub quibus continetur, quicquid imaginatio percipere, fingere, & fabricare potest. Spirituales quoque notitiæ supernaturales, duplices sunt : quarum vna est distincta & particularis, seu singularis; altera autem confusa, obscura & vniuersalis. Distincta, & particularis, in quatuor apprehensionum particularium modos, qui spiritui, nullo corporeo sensu mediante communicantur, distinguuntur; qui modi sunt: Visiones, Reuelationes, Allocutiones & spiritualia sentimenta. Notitia verò, seu Intelligentia obscura, & generalis, vna sola est, estque contemplatio, quæ in fide, seu per fidem conceditur. In hac collocanda, & constituenda est à nobis Anima: quod præstabimus dirigendo, & manu ducendo illam, per omnes istas particulares notitias, ad hanc de qua loquimur, generalem : auspicabimur autem tractationem hanc, à primi ordinis notitijs, & ab illis Animam denudabimus.

CAPVT XI.

De damno, ac impedimento, quod reperiri potest in apprehensionibus intellectus, per ea, quæ supernaturaliter sensibus corporis exterioribus representantur; & quomodo Anima in illis sese gerere debeat.

Primæ Notitiæ, de quibus præcedenti capite locuti sumus, illæ sunt, quæ ad intellectum per naturalem viam spectant. De quibus quoniam libro primo, egimus, vbi induximus Animam in sen-

sus Noctem; ne verbo quidem hoc locum agemus: ibi enim sufficientem de illa doctrinam tradidimus. Quare in præsentis capite de notitijs, & apprehensionibus illis, quæ ad intellectum per sensuum corporaliæ exteriorum viam, supernaturaliter pertinent, solummodo agemus: qui sunt: Visus, Auditus, Gustus, Odoratus, & Tactus. In quibus omnibus sensibus, solent spiritualibus viris variæ representationes & obiecta, supernaturaliter exhiberi. Visui enim representantur alterius vitæ personæ; aliorum videlicet Sanctorum & Angelorum, tam bonorum: quàm malorum, & lumina quædam, ac splendores præter ordinarij.

Auditu quoque in solita excipiuntur verba; siue ab illis, quas vident personis prolata, siue non visis ijs, à quibus profertur. Odoratu quoque suauissimi interdum, idque sensibilibus, hauriuntur odores; nec constat tunc, vnde illi proficiantur. Gustu etiam grati percipiuntur saporis. Tactu etiam grati percipiuntur sibi delicias sentit: idque interdum adeo efficaciter, vt videantur vniuersæ corporis medullæ, & ossa exultare, restitescere, & veluti torrenti illi voluptatis, innatare. Similisque est huiusmodi suauitas ei, quam mystici, Spiritus vocationem appellant; quæ ab illo, in membra simplicium, purarumque animarum deriuatur. Hæc porò sensuum oblectamenta, solent in spirituales viros ex affectu, & deuotione Spiritus sensibili, plus aut minus, in quem eunque suo modo promanare.

Sciendum autem est: quod licet vniuersæ prædictæ res, possint corporeis sensibus per operationem Diuinam obijci: nunquam tamen illis fidendum est, aut vilo modo sunt admittendæ, immò totaliter euitandæ, neque an bonæ sint vel malæ disquirendum. Nam quæ-

Solent spirituales viri, & alij, in quibusdam exteriorum corporum sensibus, supernaturaliter concipi.

NOTA. Vniuersæ calidissimæ, vnde quædam sententia dicitur, quæ licet euitanda sit, non tamen est reprobanda.

to magis exteriores sunt, ac corporeæ; tantò minus certum est, an à Deo pro-
ueniant. Magis quippe Deo proprium
est spiritui sese communicare, (quàm in
remotior securitas, animæque prouen-
tus continetur) quàm sensui: in quo
vltimum magnum periculum, ac de-
ceptio reperitur: quia in illis sensus cor-
poreus, iudicem se constituit, & arbitrum
spiritualium rerum, existimando ita illas
sese habere, talesque esse, quales ille, ipsas
sentit: cum tamen illæ à deo inter se discre-
pent, quemadmodum corpus, & Anima,
sensus, & ratio. Adèd quippe stupidus,
rerumque spiritualium ignarus est corpo-
reus sensus: quemadmodum iumentum a-
liquod, seu bestia, rationalium. Quam-
obrem plurimum fallitur ille, qui res hu-
iusmodi magni facit, magnoque se peri-
culo deceptionis exponit: ad minus ma-
gnum sibi comparat impedimentum, quo
minus ad spiritualia tendere possit.

Vniuersæ quippe illæ res corporeæ, sic-
uti diximus, nullam cum spiritualibus
conuenientiam, & proportionem ha-
bent. Vnde semper metuendum est, hu-
iusmodi res, à Dæmone potius, quàm à
Deo promanare: in illis enim, quæ ma-
gis sunt exteriora, & corporalia, plus
sibi iuris vendicat Dæmon, faciliusque
in huiusmodi rebus insidias struere po-
test, ac decipere, quàm in illis, quæ sunt
magis interiores. Præterquam quod cor-
poralia hæc obiecta, & formæ, quò
magis in se exteriores sunt, tantò mi-
nus vilitatis interiori homini, ac spi-
ritui adferunt: idque ob summam dis-
tanciam, ac exiguam proportionem,
quæ inter corporalia, & spiritualia in-
teruenit. Licet enim aliquid ex illis,
spiritualis feruoris, ac deuotionis res-
soluer, (sicut semper fit quando à Deo
procedunt) multò tamen id minus est,

quàm si eadem res, magis spirituales
ac interiores fuissent. Quamobrem etiam
citiùs faciliusque errorem, præsum-
ptionem, ac vanitatem in animam in-
uehant. Cum enim tantopere palpa-
biles ac materiales sint; maximopere
sensus vrgent, ac excitant: & arbitrat
Anima, tantò illas sublimiores esse, &
maiores, quantò magis sensibus percipi-
untur; sequiturque illas, existimando
lucem illam, seu nouitiam, esse ducem,
& medium eius rei, quam peroptat
consequendæ, vnionis videlicet Diui-
næ; & quo pluris eius modo res facit,
eò magis à recto itineris huius tramite,
veroque medio, quod est fides, deniat.
Præterea cum anima duertit Anima, hu-
iusmodi res insolitas, ac præterordina-
rias sibi obuenit; multoties insinuat
sese illi secreta quædam sui ipsius æstimatio,
se videlicet iam aliquid coram Deo
esse: quod tamen humilitati contrarium
est. Optimè etiam nouit Cacodæmon in-
gerere Animæ, arcanam sui ipsius satisfa-
ctionem; imò aliquando etiam manife-
stam: & idcirco multoties offert sensibus
huiusmodi obiecta, visui scilicet Sanctorum
imagines, & pulcherrimos splendores; au-
ditui verba sacris palliata insufurrat; odo-
ratui bene olentes odores, dulcedines ori,
ac tactui delicias: ut hoc modo illectos,
in graua præcipitet mala.

Quamobrem huiusmodi repræsen-
tationes ac sentimenta, reiicienda sunt
semper, ac repudianda. Nam dato
causu, aliqua illorum à Deo proficif-
ci; non propterea illis fit aliqua iniuria,
neque amittit Anima effectum, emolu-
mentumque illorum, quod Deus produce-
re volebat, licet Anima illa abijciat, ac re-
cuset. Cuius rei ea est ratio: nam corpora-
lis visio, siue cuiuscunque alterius sensus
perceptio (quemadmodum etiam quæ-

*Graviter
errant A-
nime, qua
sensibilia
ista dona
magnifi-
cium ex-
sequitur.*

*Repræsen-
tationes,
& senti-
menta, sen-
sibilia, sem-
per sunt re-
pudianda:
& cur ita
faciendū?
Notanda
valde do-
ctrina.
Omnis
commu-
nicatio*

G 2 cunq̄ue

B.

Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

Divina in ipso quo percipitur momento, primariū suū producit effectum.

cunque alia, quantumvis intima communicatio) si à Deo originem trahit, in ipso quo apparet seu percipitur momento, primarium suum ad quem destinata est effectum, in spiritu ipso producit: nec præbet locum, ut Anima deliberare ac statuere possit, an rem illam sit acceptatura, an verò repudiatura. Quemadmodum enim Deus, supernaturaliter res illas auspicatur, & inchoat, absque aliquâ actiua Animæ industriâ, vel aptitudine: ita absque eiusdem industriâ, cooperatione, seu aptitudine producit in illâ effectum, quem medijs rebus illis intendit: id enim efficitur in spiritu, eo se passivè solummodò habente; unde hoc non in eius assensu, vel dissensu positum est, ut effectus producat, vel non producat. Quemadmodum si cuiusdam nudo injiceretur ignis, parum referret, eum aduri nolle: omnino enim ignis, suum fortiter effectum. Et sic bonæ visiones & repræsentationes adhuc anima illas nolenti primariò, priùs, ac principaliter effectum suū in Animâ producant, quam in corpore. Sicut etiam, quæ Dæmone auctore contingunt, etiam si Anima illis non assentiatur, inquietudinem quandam,urbationem, vel ariditatem, vanitatem quoque, ac præsumptionem in spiritu generant. Quamvis istæ non à deo sint ad nocendum efficaces, quemadmodum divinæ ad bonum Animæ promovendum: Dæmonis quippe operationes, vix primos motus attingunt, nec ad maiora voluntatem impellere queunt, si illa eas respuat; neque inquietudo, quam Animæ inferunt, multum perdurat, nisi forte exigua illius cautela, aut pusillanimitas in causa sint, ut diutius immorentur.

At operationes divinæ intimas Animæ fibras, medullasque pertranscunt ac

effectum suum excitationis, impulsus, ac victricis voluptatis, qua illa ad liberum, ac amorosum in bonum assensum, disponitur, & facilitatur, producant. Verum quamvis ex Deo nascantur, si Anima huiusmodi sentimentis vel visionibus externis nimis inhæret, atque eas admittere statuit, sex inde oriuntur inconuenientia.

Quorum primum est; Imminutio perfectionis gubernandi se per fidem, siquidem plurimum illi ea, quæ sensuum experimento percipiuntur, detrahunt: fides quippe, ut diximus, superat omnem sensum. Quare nisi Anima ab universis sensuum obiectis, mentis suæ oculos auertat, ab unionis divinæ mediò deflectet.

Secundum inconueniens, quod inde sequitur est; quod spiritum, nisi abnegetur, præpediant, ac retardent. Detinetur siquidem sentimentis, & visionibus istis Anima, nec ad invisibilia euolat. Unde una ex causis, quas Dominus discipulis suis attulit, cur expedire illi abscedere, ad hoc ut Spiritus S. adveniret, hæc fuit, quemadmodum etiam post resurrectionem suam, Magdalenam ad suos pedes non admisit, ut firmiores in fide radices ageret.

Tertium est; quod Anima proprietati in huiusmodi rebus, assuecit, nec ad veram resignationem, & Spiritus nuditatem tendit.

Quartum incommodum, quod illarum effectum, ac eum, quæ in interiori homine spiritum ingenerant, sensum amittit: defigit enim internos oculos in eo, quod in illis sensibile est; quod tamen vniuersum est præcipuum. Unde nec ad eò affluenter, ac copiosè Spiritum, quem producant, recipit: qui tamen imprimitur, & fouetur magis, vniuersa sensibilia abnegando, quæ plurimum, à puro Spiritu, distant.

Quin-

Omnes supernaturales gratiæ à Deo promanantes, prius, ac principaliter effectum suum in Anima producant, quam in corpore. Deidæmonisque repræsentationum discernimen.

Sex inconuenientia...

Primum est...

Tertium...

Quartum...

Quin-

*& senti-
mentorum
sive illa à
Deo sive à
Dæmone
proueniãt,
fugari*

Quintum; quia diuinarum gratiarum, ac fauorum iacturam facit, eo quod illis cõm proprietate inhæreat, nec rectè eis vti-
tatur. Cum proprietate autem illas reci-
pere, nec eis ad vtilitatem spiritualem vti,
est velle eas sibi ipsi vtiurpare, illis occupa-
ri, & voluptatem suam in eis captare; ad
quem tamen finem, minime à Deo confe-
runtur. Nec facillè sibi persuadeat, illas à
Deo proficisci.

Sextum incommodum est; quod eo ipso, quod eiusmodi res admittere vult, referat Dæmoni aditum, vt alijs similibus eam fallere possit, quas ipse optimè dissi-
mulare, & ita concinnè fingere nouit, vt
verisimiles videãtur: quandoquidem po-
test, vt Apostolus ait, *In Angelum lucis sese transfigurare.* Qua de re fauente Deo, li-
bro 2. noctis Obscuræ, capite de Spiritua-
li Gula, postmodum acturi sumus,

Quapropter expedit Animæ, oculis, vt dicitur clausis, illas respicere, ac repu-
diare, vnde cunque tandem proueniant. Si
enim secus faxit, aliqua anam locumque
præberet Dæmoni acis visionibus ac senti-
mentis, illique ipsi facultatem tantam da-
ret, vt nõ solum diuinarum loco suas plu-
ries sit admissura: verum etiam quæ à Dæ-
mone proficiscuntur, vique eò, multipli-
cari possent, & quæ à Deo proueniunt ita
cessare, vt omnia tandem in Dæmonem
desinerent, & nihil ex Deo remaneret.
Quemadmodum pluribus Animabus in-
cautis & exiguæ prudentiæ euenit, quæ
adeò pertinaciter confiderentq; istarum
rerum receptioni adhæserunt, vt cum illis
multum fuerit laborandum, vt ad Deum
in fidei puritate redirent: & quod dolen-
dum est, multæ ex ijs nunquam redierunt,
adeò altas in eis Dæmon radices posuerat.
Quapropter omnibus aditum occludere,
& vniuersa formidare consultissimum est.
Si enim fugiuntur apparitiones, & senti-

menta falla, euitantur pariter errores, ac
deceptiones Dæmonis: si autem fugiun-
tur, veræ fidei impedimentum amouetur;
Spirtitus tamen emolumentum ex eis de-
cerpit. Et quemadmodum cum eas ad-
mittit Anima, Deus sensum illas subtrahit,
eò quod eas sibi vsurpet, non vtendo illis,
eo, quo par esset modo, & Dæmon etiam
suas ingerit, & auget, præbete illis Anima
locũ, & assensum; ita quando Anima est
in illis resignata, nullaque proprietate eis
inhæret; desistit à suis Dæmon, vidēs nul-
lum se per illas inferre detrimentum: & vi-
cenerit, Deus auget & multiplicat sua do-
na in Anima illa humili, & ab omni pro-
prietatis labe aliena, & supra multa eam con-
stituit; sicuti eum legimus fecisse, cum ser-
uo in paucis fidelis. *Quia super pauca fuis-
tis fidelis, supra multa te constituam.* Quibus in
fauoribus, si Anima persistereit esse fidelis,
non desisteret profectò Dominus, donec
eam extollat, & veluti per gradus quo-
dam, ad diuinæ vnionis, & transforma-
tionis verticem, perducatur. Hoc siquidem
ordine, & modo, experitur Dominus, &
at tollit Animam. Primò, exiguæ eius ca-
pacitati sese accommodans, vilitat eam
magis secundum sensum, vt gerendo se
illa, quemadmodum decet; vtendo vide-
licet primis istis buccellis sobriè, ad spiri-
tuales solum vires comparandas, ad am-
pliores, ac præstantiores cibos illam per-
ducatur. Ita vt si ex Dæmone retulerit vi-
ctoriam in primis istis, transeat ad secun-
dos; quod si etiam in secundis superauerit
Dæmonem, transibit ad tertios; &
vltèrius progrediens, omnes septem man-
siones, qui sunt septem amoris gradus
transmeabit, donec illam sponsus in
cella vinaria perfectæ charitatis suæ, col-
locet.

Fœlix & fortunata Anima, quæ decer-
tare nouerit aduersus illam Apocalypicos
bel-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI
129

*Math.
25. 21.*

*Ordo quæ
seruat
Deum in
subleuan-
da anima;
qua illi in
fauoribus
istis recipi-
entis, fide-
lis est.*

Cant. 2. 4.

Apoc. 2. 33

Felix anima, quae decertare nouit aduersus Apocalypsis bellum septem habentē caput.

belluam, septem habentem capita, septem istis amoris gradibus aduersantia, quibus capitibus, contra quemlibet gradum bellum gerit. & vnoquoque illorum Animā in qualibet istarum Mansionum, (in quibus illa sese exercet, lucrificando quemlibet mansioni illi correspondētem diuini amoris gradum.) impugnat. Dubio procul, si fideliter in quocunque ex illis pugnaverit, vicet: quae de gradu ingradum, vel de mansionē, ad mansionē transire promerebitur, donec perueniat ad postremam; praecisis & amputatis septem bestiae capitibus, quibus illi crudele bellū inferebat, ad eō vt S. Ioannes testetur dicens: *Et est datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos: quemcunque videlicet ex gradibus istis, armis & machinis suis impetendo.*

Apostolus 7.

Quorumdam spiritualium deploranda calamitas.

Quamobrem, dolendum est, quod multi praelium hoc spiritualis vitae contra bestiam ingressi, ne tantum quidem animi habeant, vt primum eius caput praecidant; res mundi huius sensibus subiectas, abnegando, & repudiando. Et iam quod plerique hoc apud se obtineant, & illud amputent, non amputant secundum; hoc est, visiones, & sentimenta sensibilia, de quibus loquimur. Verū id quod maximē dolendum est, quod postquam aliqui, nō solum primum, & secundū caput, sed etiā tertium, quod ad interiores sensus spectat, (transcundo videlicet à meditationis statu, ad vteriora) praeciderunt; dum spiritus puritatem ingredi debent, miserabiliter ab ista crudeli bestia superantur, quae illos denuo aggreditur, ad eō vt primum quoque iam olim praecisum caput, resuscitet & assumat; & sunt posteriora illorum peiora prioribus, in eorum relapsu; Assumitq; insuper septem spiritus secunda nequiores se, qui illis crudelius bellum inferat. Debet ergo spiritualis homo, abnegare, & repu-

Lucas 11. 26. Quomodo spiritus inuis

diare vniuersas apprehensiones, ac delenda stamenta corporalia, quae sensibus exterioribus obnoxia sunt, si primum & secundū bestiae huius caput abscindere cupit; intrando in viuā fide, primum ac secundum amoris cubiculum, nullo modo sibi attrahendo, aut sese, intricando, cum ijs, quae illius sensibus exhibentur: hae enim sunt illa, quae maximē noctem hanc spirituales fidei praepediunt.

Liquido itaque constat; visiones istas & apprehensiones sensitiuas nullo pacto esse posse mediam vnionis diuinæ; cum nulla illis sit cum Deo proportio, aut similitudo; vnaque ex causis, cur Christus nolebat se à Maria Magdalena tangi, quod tamen, & melius & perfectius existimauit in Apostolo S. Thoma &c. hae fuit. Quae gratissima res fit Dæmoni, quādo aliqua Anima, reuelationes libenter admittit, estque ad eas procliuus: habet enim tunc egregiam occasionem instillandi suos errores; fideique quantum poterit derogandi: vt enim diximus, magnam huiusmodi Anima quae reuelationes has appetit, mentis stupiditatem, ac ignorantiam contrahit; imō aliquando multas tentationes, & ineptias incurrit, fusus aliquantō de his exterioribus apprehensionibus egimus, vt aliquid lucis afferamus ijs, de quibus nobis immediatē tractandum est: verū tot de hac materia dicēda occurrēbāt, vt nusquā eorum finis apparetet; existimo autem, me rem totā ad compendiu redēgisse, dicendo solum modo, vt magno cum studio huiusmodi res respiciantur, & nullo modo admittantur, praeterquam si aliquo raro euentu, & tunc à persona docta, & spiritali, & experta, debeat tridantur, ac examinari, & ab Anima quasi inuitē admitti.

primum & secundum bellum caput amputabit.

Apparitiones istae nequeunt esse media vnionis diuinæ consequenda.

Net. Cetera...

Rare, et cum...

(*)

CA-

CAPVT XII.

In quo de apprehensionibus Imaginarijs naturalibus ordinis disputatur. Docet, quidam ea sint, probatque non posse eas esse medium proportionatum, ad Diuinam vniionem acquirendam: quantumcumque obstat, nescire sese ab eis, tempore competentis auillere.

PRiUSquam de visionibus Imaginarijs, quæ supernaturaliter interiori sensui, Imaginationi scilicet, & Phantasia sese offerunt, disputemus; necessarium est hoc loco (vt ordinare procedamus) de naturalibus ipsiusmet interioris, corporeique sensus, apprehensionibus agamus: vt hoc modo à minoribus ad maiora, & à magis exterioribus, ad magis interiora procedamus, donec ad intimam recollectionem, vbi Anima vnitur, Deo, perueniamus: quem etiam ordinem hucusque seruauimus. Primo enim loco egimus, de expolianda, seu denudanda Anima, ab apprehensionibus naturalibus exteriorum obiectorum; & consequenter à naturalibus appetituum viribus. Quod primo libro præstitimus, vbi de nocte sensus locuti sumus; immediatè vero capimus denudate illam in particulari, ab apprehensionibus exterioribus supernaturalibus, quæ in sensibus exterioribus contingunt (vt antecedenti capite dictum est) vt dirigamus Animam in nocte spiritus, in hoc secundo libro. Nunc itaque primo loco discutiendus occurrit sensus corporalis interior; Imaginatio scilicet, & Phantasia; ex quibus etiam abraderet, & auferre debemus, omnes formas & apprehensiones imaginarias, quæ naturaliter in illis locum habent; & probare, im-

possibile esse, Animam ad diuinam vniionem peruenire, antequam illarum operationes cessent & intermittantur: cum non possint esse proprium, ac proximum medium huiusmodi vniionis.

Sciendum itaque est; sensus, de quibus hoc loco particulariter loquimur, esse duos, corporales quidem, & interiores; qui Imaginatio, & Phantasia appellantur, quorum vnus alteri ordine seruatō deferuit: in vno enim illorum, aliquid imperfecti discursus, seu ratiocinationis, licet imperfecto modo reperitur; alius vero sensus, qui est Imaginatio, efformat & effingit imaginem.

Quantum verò ad institutum nostrum attinet, idè erit nobis de vno loqui, quod, & de alio. Quamobrem, quando non nominabimus vtroque, sciatur; quod quicquid de vno dixerimus, intelligendum etiam sit de altero, & quod de vtriusque indifferenter loquemur. Hinc igitur est, quod quæcumque sensus isti percipere, & fabricare possunt, imaginationes, phantasiaq; dicantur, quæ sunt formæ, sensibus istis (imaginationi videlicet & phantasia) cum imagine, & corporis figura representatæ. Quæ imagines & figuræ corporeæ, in duplici possunt esse differentia: quædam sunt supernaturales; quæ abiq; sensuum istorum operatione representari possunt, & representantur illis passiuè: quas vocamus visiones imaginarias, supernaturali viâ contingentes; de quibus postmodum acturi sumus. Aliæ sunt naturales, quas operatione suâ actiuè fabricare in se ipsis possunt, sub formis, figuris & imaginibus: sicque ad istas duas potentias spectat, deferuire meditationi, quæ est actus discursiuus, mediantibus imaginibus, formis, & figuris per dictos sensus fabricatis, & efformatis: vt verbi gratia, imaginari Christum Cruci affixum,

Sensus interioris duplex. Imaginatio & phantasia.

Es qua vtriusque officium.

Quasdam sunt visiones imaginariæ supernaturales.

Naturales imaginatioes quales.

Imaginatio & Phantasia de formis meditationis.

vel

B.

Ioannis
à Cruce

Opera
mystica

VI

124

vel columnæ alligatum, veleriam Deum in maxima maiestate, & throno sublimi, vel imaginari, ac considerare celestem gloriam, instar speciosissimæ lucis, & alias qualecunque res his similes; siue illæ diuinæ sint, siue humanæ, quæ in imaginationem cadere possunt.

*Vniuersæ
Imagina-
tiones &
appræhen-
siones na-
turales e-
nacuari
ab anima
debent, ut
ad unionem
Diuinam
possit per-
uenire, &
quæret*

Vniuersæ istæ imaginationes, & appræhensiones, euacuari, & eliminari debent ab Anima; ita ut secundum istum sensum, in obscuro, & tenebris remaneat, ut ad vniõnem diuinam peruenire valeat: cum nullam possint habere proportionem proximi medij, respectu Dei; sicut nec res corporeæ, quæ quinque sensibus exterioribus obijciuntur. Huius rei ea est ratio: quia imaginatio, nihil fabricare, imaginarique potest, præter ea, quæ exterioribus sensibus percepit, oculis, scilicet, vidit, auribus audiuit, &c. vel ad summum componere, & fingere potest, similitudines rerum visarum, auditarum, vel perceptarum; quæ tamen res, non sunt præstantiores illis, quas dictorum sensuum medio, recepit. Licet enim imaginetur gemmea palatia, montesque aureos, eò quod gemmas, & aurum viderit, in veritate tamen, non est amplius vniuersum illud, quam exigui auri, vel vnius gemmæ substantia; licet in imaginatione ordinem, ac modum compositionis artificiosæ fortiaur. Et quoniam creatæ res, ut iam dixi, nullam possunt proportionem habere cum diuina essentia: sequitur, quod omne illud, quod ad illarum similitudinem imaginationi offertur, non possit etiam tanquam medium proximum vniõnis cum ea deseruire. Vnde illi, qui imaginantur Deum sub aliqua ex istis figuris, vel instar maximi ignis, vel splendoris, vel cuiuscunque alterius formæ, & existimant, quod aliquid illorum erit ei simile, longè ab eo distant. Licet enim inci-

piens necessariæ sint consideratio-
nes istæ, & formæ, meditationumque
modi, ut hac ratione, mediante sensu, a-
more inflamment Animam, illamque
pascant (ut postmodum dicturi sumus)
vnde etiam deseruiunt illis ista, tanquam
remota media vniendi se cum Deo: per
quæ, ut plurimum, transeundum est Ani-
mabus, ut perueniant ad terminum, ac
spiritualis quietis conclaue. Verum ta-
men hæc taliter assumi debent, ut per illa
transeat, nec semper in illis persistatur.
Hoc quippe modo nunquam ad viæ ter-
minum peruenient, qui terminus nequa-
quam est instar remotorum mediorum,
nullamque cum illis affinitatem habet.
Quemadmodum gradus scale, nihil com-
mune habent cum termino, seu cubiculo,
ad quod conscendendum, sunt medij: ethi-
ille qui ascendit, non relinquet post se
gradus, donec nullus amplius scandendus
remaneret, velletque illorum alicui adhe-
rere; nunquam peringeret, ac conscen-
deret ad gratissimam termini planitiem,
& conclaue.

Quapropter Anima, quæ in hac vita
voluerit ad vniõnem summi illius boni, &
quietis peruenire, vniuersos consideratio-
num, formarum, noticiarumque gradus
pertransire, & transire debet: cum nulla
illis sit similitudo, aut proportio cum ter-
mino, ad quem festinant, qui est Deus. Ut
etiam S. Paulus in Apostolicis Actis do-
cuit, dicens: *Non debemus estimare auro, aut
argento, aut lapidi, sculptura artu, & cogitationis
hominis, diuinum esse simile.* Vnde grauitet
errant, nonnulli spirituales, qui postquam
strenuè sese exercuerunt, & studuerunt me-
dijs imaginationibus, formis, ac medita-
tionibus, (sicut par erat facere incipien-
tes) ad Deum quam proxime accedere;
cum illos postmodum vult Deus, ad bona
magis spiritualia interiora, & inuisibilia
per-

*Incipienti-
bus neces-
saria sunt
considera-
tiones: i-
magina-
ria, & me-
ditationis
modi, &
quæ sit
vniõnis rei
causa*

*Talis
assumi de-
bet me-
ditationis
exercitium,
ut non fi-
satur in
eis, sed vi-
terius tra-
satur.*

*Et huius
rei notabi-
li causa.
Vniuersi
considera-
tionum
gradus re-
linquendi
sunt, qui ad
Dei vniõ-
nem cupit
peruenire.*

*NOTA.
Gravissi-
mus error
multorum
spiritua-
lium, me-
ditationis
exercitia
relinquent
renuen-
tium, etiã
si à Deo ad
spiritualia
inueniatur.*

perducere, & attrahere; priuando iam illos meditationis discursus gustu, ac sapore tergeri uentur ipsi, neque audent, neque sciunt auellere, & abstrahere sese ab illis palpabilibus modis, quibus assuefacti sunt. Sicque nihil uelocius in acquitendis ac retinendis illis laborant, uolentes medijs considerationibus, ac circa formas meditationibus, sicuti antea, iter hoc peragere; arbitantes, semper hoc ita esse debere.

Qua in re plurimum laboris sustinent; parum tamen, aut nihil utilitatis, seu gustus eliciunt: imò potius tantò amplius augetur, crescitque ariditas, defatigatio, & animæ inquietudo, quanto plus in acquitando primo illo sapore, seu delectamento laborant, quod iam impossibile est, illo primo modo posse reperiri: non enim iam amplius aridet, & placet cibus ille adeò sensibilis palato Animæ (ut iam diximus) sed expetit alium delicatum magis, & interiorum ac minùs sensibilem, qui non consistit in imaginationis labore, sed in quietanda Animâ, permittendo illam in sua pace, ac tranquillitate manere; quæ res est magis spiritualis. Nam quò plus Anima proficit, progrediturque in spiritu; eo magis cessant operationes suarum potentiarum, circa obiecta particularia: tunc enim illa se ponit, seu constituit in uo solo actu generali & puro, atque ita desistunt operari potentia, eo modo quo prius tendebant ad illud, quo Anima peruenit. Quemadmodum cessant, & sistunt pedes, postquam iter suum confecerunt; si enim curreteret semper, nunquam perueniret, & si nihil esset, aliud præter media, ubi, aut quando succederet finis, terminique assuetio & fructio: Quare res est commiseratione digna, quòd cum Anima istorum uellet manere in pace & tranquillitate interioris quietis, ubi impletur pace, & refectione Diuinâ: ipsi il-

lam inquietant, & per vim ad magis exteriora trahunt, uoluntque ut iter iam confectum iterum conficiat, & ut finem ac terminum itineris, in quo iam quiescit, deserat, propter media, quæ ad illum dirigebunt, quæ sunt considerationes. Quæ res fieri non potest absque insigni displicentia, & repugnantia Animæ, quæ uellet in pace illa, uelut in suo proprio centro permanere: sicut ille, qui magno cum labore ad locum, in quo quiescit peruenit, non mediocriter affligitur, si compellatur iterum redire ad laborem. Cum autem huiusmodi homines arcanum nouitatis illius ignorent, se esse otiosos, nihilque boni facere imaginantur: quamobrem illi quieti repugnant, nec se pacificari permittunt; sed discurre, & considerationibus operam dare conantur. Unde prouenit, quòd ariditate & siccitate replentur; laborando in eliciendo gustu, & sapore, quem illa uia non sunt amplius habituri. Imò possumus illis dicere Proverbium Hispanum *Mientras mas hiela, mas aprieta*. i. Quo gelu intensus est, eo magis stringit. Nam quò pertinacius, & obstinatius illo modo discursuum, ac meditationum procedere nitentur; eò peius cum illis agitur: siquidem tantò amplius euellunt, & extrudunt Animam, à sua pace, & tranquillitate spirituali. Quòd nihil aliud est, quàm relinquere maius propter minus; & uelle iterum facere, quòd iam factum fuit, ac denique retrò reuertit.

Huiusmodi hominibus dicendum ac commendandum est, ut discant cum attentione, & aduertentiâ amorosâ in Deo, in quiete illa permanere; neque imaginationem eiusque operationes curent: liquidem hoc loco, ut diximus, non operantur potentia, sed in illa simplici & suaui aduertentiâ amorosâ, requiescunt. Quòd si interdum aliquid operantur, nequaquam

ni insistero
uolentium
licet medi-
tationu si-
no iam sine
potira.

NOTA.
Quid hu-
iusmodi a-
nimabus
consulen-
dum, quid
est facien-
dum?

H id viq

B.
Iuanni's
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id violente, aut cum nimis præmeditato discursu fit; sed cum amoris suavitate, & potius à Deo excitatæ operantur, quam à propria ipsius Animæ aptitudine, seu habilitate: quemadmodum postea amplius rem hanc enodabimus. Hæc nunc sufficiant ad ostendendum, qualiter necessarium sit illis, qui ad ulteriora progredi cupiunt, nosse expedire, seseque extricare ab omnibus istis modis, & operationibus imaginationis, tempore opportuno, quando videlicet id profectus illius, in quo versantur, status exegerit. Ut autem clare pateat, quando & quo tempore id fieri debeat; assignabimus sequenti capite signa, seu indicia quædam, quæ in se vir spiritualis anima aduertere debet, ut per illa cognoscat, & intelligat tempus, & oportunitatem, qua libere, & absque formidine, possit prædicto amoris attentionis termino uti, iterque discursus, & operationum imaginationis, desistere.

CAPVT XIII.

Proponuntur indicia, quæ in seipso animaduertere debet vir spiritualis, ut intellectum ab Imaginarijs formis ac discursibus meditationis, denudare incipiat.

NOTA. Huius, & duorum sequentium capitulorum doctrinam summi esse momenti, & exactissimè ab omnibus orationis

NE autem hæc, de qua agimus, doctrina obscura confusaque remaneat; conueniens, ac necessarium erit præsentis capite enucleare; quoniam potissimum tempore, ac oportunitate, debeat spiritualis vir discursus meditationis, medijs dictis imaginationibus, formis, ac figuris, operationem intermittere, ne forte citius, aut tardius, quam Spiritus requirit, deserrantur. Nam sicut expedit suo eas tempo-

re, ut ad Deum tendi possit omittere; nec iter hoc præpediant: sic etiam apprimè necessarium est, dictam meditationem minime ante tempus desistere, ne retrocedatur. Quanquam enim istarum potentiarum apprehensiones, nequaquam tantquam proximum vnionis medium deseruiant ijs, qui iam in via hæc sunt protractiores; deseruiunt tamen velut remotiora media Incipientibus, ut illarum praesidio, disponant, & adiuuent Spiritum per sensum spiritualibus rebus, & vtea occasione, vniuersas alias formas, vilesque temporalium, secularium, ac naturalium rerum imagines euacuent, & abradant. Ad hunc finem, trademus hoc loco aliqua indicia, quæ in se vir spiritualis anima aduertere debet, & ex quibus manifeste percipiet; an dictas potentiarum operationes, illo tempore prætermittere expediat, an vero minime. Tria autem sunt.

Primum est; cognoscere, se iam non posse amplius meditari, neque Imaginationis opera vri, nec hac in re gustum ac refectionem mentis, sicuti antea percipere: quin potius ariditatem quandam in ijs reperire, in quibus solebat sensum defigere, & succum, ac pastum elicere. Verum quamdiu poterit meditando discurrere, gustumque ac delectationem hac in re percipere, non debet meditationem prætermittere; nisi forte, quando ipsius Anima sese in tranquillitate constituerit: de qua in tertio indicio agetur.

Secundum indicium est: quando animaduertit, nullo se desiderio, ac propensione ferri ad dictam Imaginationem, aut sensum, in alijs particularibus rebus interioribus, vel exterioribus, collocandum, & occupandū. Nec loquor modo de illius eusgatione; quando nimirum, nunc venit; nunc vero abit (Imaginatio enim, etiam magnæ recollectionis tempore, solet esse

*studiosè
etiã inci-
piens
perpendi-
da, & ob-
seruanda.
NOTA.
Quo finis
meditati-
onibus in-
sistendum
est.
Primum
indicium
ad medi-
tationis de-
serendam
est, nō pos-
se amplius
meditari.
Secundū
indicium
nullo ferri
desiderio
ad imagi-
nationem, in
aliqua re
dehærendū.
Imagina-
tio, etiam
magnæ re-
collectionis
tempore
magis
esse
solet.*

esse libera, & vagabunda) sed solummodo, quando nec placet, nec gratum est Animæ, ex industria illam alijs in rebus occupare.

Tertium postremo, idq; reliquis certius actutius est; quâdo liber, & placet Animæ, solâ manere, cum attentione ad Deum amorosa, absq; alia particulari cõsideratione, in quadam interiori pace, quiete, ac requie, absque actibus, & exercitatione, saltem discursiua (quæ ex vno in aliud fertur) potentiarum; Memoriz sc. Intellectus, & Voluntas: sed solum quod maneat, cum notitia, & aduertentia generali, & amorosa, de qua locuti sumus, absque particulari intelligentiâ.

Tria hæc indicia simul sumpta, ad minus in se animaduertere debet spiritualis vir, vt tuto, secureq; statum meditationis detetere, Contemplationis verò, & spiritus viam ingredi, audeat, & præsumat. Nec ad hoc satis est primum indicium, absque secundo; euenire siquidem posset, vt imaginandi, de rebus diuinis vt antea meditando difficultas, seu impossibilitas, ex ipsius distractione modicaque cura oriretur: ob quam causam, debet quoque in se cernere secundum signum; vt nimirum nõ libeat illi, nec vero appetat alijs de rebus peregrinis cogitare. Quando enim ob distractionem, spiritusque teporem, nequit aliquis imaginationem, & sensum in rebus diuinis defigere, & sistere; contestim optat ad alias res diuersas, & differentes, sese conuertere, illisque immorari: quæ etiam illum permouent, vt res diuinas deterat.

Nec etiam satis est primum, & secundum indicium in se animaduertere, nisi simul videat & tertium. Quamuis enim cernat, non posse se discutere, neque de rebus diuinis meditari, neq; etiam libeat illi de alijs diuersis rebus cogitare; posset hoc ex Melancholia promanare, vel aliquo depra-

uato humore, qui cerebrũ corq; occupat, quique solet producere in sensu suspensionẽ, & impletionem quandã: quæ efficiunt, vt nihil cogitet, nihil velit, nec libeat illi aliquid meditari, sed solũ in illa sapida abalienatione, cupiat permanere. Cõtra quæ omnia debet tertium habere indicium; videlicet notitiam, & attentionẽ amorosam, in pace, & tranquillitate interna, sicuti diximus. Quãuis fatendum sit, quod in principijs, quando status iste contemplationis inchoatur, quasi non aduertitur, nec cognoscitur notitia hæc amorosa: quod cõtingit propter duas causas. Quarum prima est; quia in suis initijs, solet hæc notitia amorosa, admodum esse subtilis, & delicata, & quasi imperceptibilis. Altera verò causa est; quia cũ Anima fuerit assuefacta alteri meditationis exercitio, quod magis sensibus percipitur, non animaduertit, & quasi non percipit hanc aliam insensibile nouitatẽ, quæ iam est pure spiritualis. Idq; maxime euenire solet, quando ob ignorantiam noui huius status, non se in eo quietari sinit, conando magis sensibilibus rebus operam dare: quo conatu, licet copiosior sit pax interior, & amorosa, impedit, nec locum præbet, vt illam possit percipere, ac illa frui. Verum quãtò amplius sese disposuerit Anima, seseque quietari, ac pacificari permiserit; maiora in dies eius capiet incrementa, magisque, ac intimius notitiam illam Dei amorosam, ac generalem experimento percipiet, quæ super omnia palatum eius demulcet: producit siquidem in illa pacẽm, requiem, saporem, & absque labore, voluptatẽ. Vt verò, quæ dicta sunt magis dilucida fiant, adducemus sequenti capite causas, & rationes, ex quibus appareat necessitas trium horum indiciorum, vt commodius spiritum dirigamus.

NOTA.
Tertium indicium, quod est attentio amorosa, vix a principio agnoscitur, idque ob duas valde perpendendas causas.

Attentio nis amorosa commoda.

B.

Iuannis
à CruceOpera
mystica

NVI

124

CAPVT XIV.

Istorum indiciorum congruentia demonstratur: rationesque necessitatis illorum, quæ circa ea dicta sunt assignantur, quæ ad ulteriorem in spiritu progressum deseruiunt.

Quantum ad primum indicium, de quo locuti sumus attinet, animaduertendum est duas ob causas, quæ in vna quodammodo continentur, debere spiritualem virum, (qui spiritus vitam, quæ est vita cõtemplatiua auspiciatur) viam Imaginariam, & meditationis sensibilis quando iam illi est ingrata, nec amplius discurrere valet relinquere. Quarum prima est, quia quodammodo collarum iam est animæ, totum illud spirituale bonum, quod in rebus diuinis inuentura erat meditationis, ac discursus viâ: cuius rei argumentum est, non posse amplius meditari, nec vt solebat discurrere, aut eâ in re gustum aliquem, ac voluptatem nouam, sicut antea reperire: (nondum enim, pro tunc, ad spiritum in rebus illis latentem, degustandum penetrauerat) nam vt plurimum, quotiescunque anima aliquod spirituale bonum de nouo suscipit, suscipit illud degustando, ad minus in spiritu, illo modo, per quem illud suscipit, illique prodest; alioquin prodigio simile esset, si donum illud aliquam illi utilitatem adferret. Fit enim res hæc ad illius modum, quo dicunt Philosophi, quod sapit, nutrit. Quam ob causam dixit Iob. Nunquid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? & hæc est causa cur non possit meditari, ac discurrere sicut prius; modicus videlicet sapor, & consolatio, quam spiritus hac in re reperit, & exigua inde utilitas.

NOTA. Duas ob causas debet meditatio sensibilis omitti quando nequit anima amplius discurrere.

Quotiescunque anima aliquod spirituale bonum de nouo suscipit, suscipit illud degustando in spiritu.

Secunda verò huiusrei causa est, quia anima iam hoc tempore spiritum meditationis substantialiter & habitualiter acquisiuit. Nam scopus seu finis meditationis, & discursus circa Diuina est, elicere, & comparare aliquâ Dei notitiam & amorem, & quotiescunque anima notitiam hanc elicit, tot eius producit, & exercet actus: & quemadmodum frequentati actus, in quacunque tandem materiâ habitum in anima generant; sic etiam multistarum amorosorum noticiarum actus, quos anima discretis vicibus elicit, vti consuetudineque ita coniuguntur, seu perpetuantur, vt illarum habitus contrahatur. Quam rem solet etiam interdum efficere Deus absque actu istorum meditationis interuentu (saltem absque eo quod multi præcesserint) collocando statim animas in contemplatione.

Atque ita, id quod anima intercalatis vicibus antea labore suo meditandi circa notitias particulares elicibat, cruebatque iam ob vsum, & consuetudinem, versum est ei, in habitum, ac substantiam notitiæ amorosæ, generalis, non sicut antea distinctæ, aut particularis. Quam ob rem statim ac sese in oratione constituerit, (instar illius, qui aquam ad bibendum in promptu habet,) suauissimè bibit absque labore; nec indiget amplius præteritarum considerationum formarum, ac figurarum a quæductibus. Taliter vt statim ac in Dei sese præsentia collocauerit, seipsam quoque in actu Notitiæ, confusæ, amorosæ, pacificæ, & quietæ constituat, in qua haurit anima, sapientiam, amorem, & voluptatem. Et hæc est ratio, ob quam sentit anima tantum laborem, & displicentiam, quando pace hæc perfruens, ad meditandum, ac circa notitias particulares discurrendum, compellitur. Euenit quippe tunc illi, veluti si infanti lac sugenti, ac vberibus plenis

NOTA. Finis & scopus meditationis, qui sit

NOTA. Quia ratione generatur habitus notitiæ amorosæ, seu acquisita contemplatiua

Quia ratione exercetur acquisitus habitus notitiæ amorosæ

Anima in hac notitia amorosâ, seu contenta platiua constituta, haurit sapientiam, amorem, voluptatem

pleno adherenti; eriperetur vber, cogen-
do illum industriâ suâ ac labore, lac ite-
rum conquirere, & elicere: vel certe veluti
si illi, qui cortice alicuius fructus detracto,
ipsam eius substantiam degustat; vis fiet,
vt degustatum fructum relinqueret, vt
iterum idem putamen: quod iam frige-
rat, auferret, tunc enim nec corticem am-
plius reperiret, nec fructus medullâ, quam
præ manibus habebat, frueretur, similis il-
li qui prædam quam manibus tenet, spe
futurâ, dimittit. Id ipsum multi, qui hunc
contemplationis statum intrare incipiunt,
facere consueverunt, qui arbitantes vni-
uersum hoc negotium in discurrendo, ac
particularia per imagines & formas (quæ
sunt cortex Spiritus) intelligendo, consi-
stere, dum has particularitates, in illâ sub-
stantiali, & amorosâ quiete, in quâ veller
iporum anima tunc permanere, nihil cla-
ri manifestique intelligendo, non reperi-
unt; existimant se à recta via aberrasse, tē-
pulisque inaniter conterere, ac redeunt mi-
seri iterum ad inquirendum imaginis, dif-
fususque sui corticem, quem tamen mi-
nime reperiunt, eo quod iam sit sublatus:
atque ita nec ipsa substantia fruuntur; nec
meditationem inueniunt, seque ipsos af-
figunt, ac cruciant, retrocedere se, ac pe-
nire autumantes. Et reuera ita est, quam-
vis nō eo modo quo ipsi arbitrantur, per-
eant enim sensibus proprijs, primoque
fieriendi, & intelligendi modo: quod ni-
hil aliud est, quam Spiritum, qui illis sen-
sim communicatur, lucrari. Quem Spiritum
quo minus ipsi intelligunt, eō ampli-
us intimusque noctem Spiritus ingredi-
untur, de qua hoc libro agimus, per quam
etiam transire debent, vt supra omnem
scientiam Deo vniantur.

Circa secundum indicium, pauca su-
perant dicenda: manifeste siquidem pa-
tet, necessario non placere in hoc statu a-

nimæ, nec gratas esse alias differentes, &
mundanas imagines, cum etiam illas, quæ
magis illi sunt conformes, & consenta-
neæ, sicut sunt Diuinæ (vt diximus) ob af-
signatas iam causas repudiet, & non ad-
mittat. Solummodo memoria retinen-
dum est, vt superius adnotauimus, solere
in ista recollectione imaginationem ex se
ire, & redire, ac euagari; sed id fit inuitâ
voluntate, imo inde affligitur, eo quod e-
ius pacem, ac delicias interturbet.

Neque aliquid necessario hoc loco di-
cendum puto, de tertij indicij ad medita-
tionem relinquendam necessitate, ac con-
gruentia, quod indicium est, notitia, &
aduertentia ad Deum amorosa, & gene-
ralis: cum iam in primo indicio res hæc sit
quadamtenus explanata, & dilucidata,
& postmodum ex instituto de ea nobis
agendum sit, quando nimitum de notitia
ista generali, & confusa suo loco disputa-
bimus, quod erit post vniuersas intellectus
apprehensiones particulares.

Verum tamen adducemus nunc, vnam
solam rationem, qua manifeste demon-
stremus, quomodo in euentu quo cōtem-
platio prætermittenda sit meditationis
via, necessarium illi sit, hoc aduertentiæ,
amorosæ, ac generalis Dei notitiæ indi-
cium. Est autem hæc ratio, quia si anima
tunc temporis, ista notitiâ, vel in Deum
assistentiâ destitueretur, sequeretur nihil
illam tunc agere, aut habere: relicta enim
meditatione, mediante qua potentijs sen-
sitiuis operatur, anima discurrendo, & ca-
rendo etiam contemplatione, quæ est no-
titiâ generalis (de qua locuti sumus) in qua
anima habet actu potentias suas spiritua-
les occupatas, quæ sunt memoria, intelle-
ctus, & voluntas, vnitas iam in hæc notitiâ
frequentibus actibus, quasi acquisita, ac in
illis suscepta; necessario illi vniuersum cir-
ca Deum exercitium deesset, cum anima
nulla

B.

Iuannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

nulla ratione possit operari, nec aliquid in se recipere, nec in eo ad quod operando devenit, perseverare, nisi per ista duo potentiarum genera, sensitivarum nempe, & spiritualium. Nam medijs sensitivis potentijs, ut diximus, potest illa discurrere, investigare, & notitias obiectorum producere: medijs autem spiritualibus potentijs, potest frui

Quodnam sit Potentiarum sensitivarum, & spiritualium exercitium. Et quod sit in discrimine?

Anima necessario unum istorum exercitiorum occupari debet, ne sit otiosa in oratione.

Notitia hac generalis, aliquando ita subtilis est, ut anima, qua illa percipitur, minime eam percipiat. Et huius rei causa,

in istis potentijs iam receptarum, obiecto, sine eo quod amplius ipsae laborando, investigando, vel discurrendo operentur. Et sic discrimen, quod inter animae exercitium per potentias sensitivas, & eiusdem exercitium per potentias intellectivas intercedit, idem est, quod inter operantem, & fruente opere iam perfecto: vel certe illud, quod est inter aliquid recipiendum; vel fruente rebus iam receptis, vel illud, quod est inter viam laboris & requiem, quae in viam termino reperitur: denique, veluti illud quod inter cibos praeparantem, vel iam praeparatos edentem, & gustantem. Quod si anima in nullo istorum exercitiorum detineatur, hoc est, nec in meditatione, & discursu, potentiarum sensitivarum operatione utatur; nec in contemplatione, & notitia simplici, de qua iam dictum est, rebus iam receptis, & operatione acquisitis, fruatur; sed in utrisque otietur, & vacaret, non esset unde, vel quomodo posset dici occupata. Est ergo haec notitia necessaria, ad discursum, & meditationem relinquendam.

Illud tamen, alta mente hoc loco perpendendum est, notitiam hanc, de qua loquimur, Generalem, esse aliquando adeo subtilem ac delicatam; (praesertim quando ipsa in se est purior, simplicior, perfectior, spiritualior, & intimior) ut anima, quam occupat, minime illam animaduertat, neque percipiat. Hocque, ut dicebamus, contingere solet, quando ipsa in se est serenior, purior, & simplicior; tunc vero temporiseiusmodi est, quando illa puriore anima, & ab alijs

intelligentijs, & notitijs partem ularibus, quas intellectus sensusque, usurpare poterat, alienam, & liberam transuerberat & penetrat, & quoniam anima notitijs istis, circa quas intellectus sensusque consuetudinem & aptitudinem se exercendi habet, destituitur; non illas percipit, eo quod solita sua sensibilia deficiant.

Et haec est causa, propter quam quo magis notitia haec defaecatior, perfectior, simpliciorque est, minus illam intellectus percipit, & obscurior illi apparet. Sicut est contrarium cum notitia haec minus est pura, & simplex, clarior solidiorque intellectui videtur: eo quod aliquibus intelligibilibus formis vestita, vel permixta ac involuta sit, quas magis animaduertere potest intellectus.

Quae res, hac similitudine explicari, ac declarari potest. Si solis radium contempleremur, qui fenestram aliquam ingreditur; videbimus, quod quo magis aëre atomis, caeterisque minutis refertus est, eo radium ille solaris palpabilior, sensibilibior, atque serenior sensui visus apparet: & tamen nemini dubium est, tunc temporis radium impuriorem esse, minusque clarum, simplicem ac perfectum; siquidem tot atomis, ac minutis obvolvitur. Similiter etiam cernimus, quod quo solaris radius, purior ac liberior est ab illis labeulis, & atomis; eo minus palpabilis, puriorque oculo materiali apparet; minusque illum percipit, & minus illi visibilis videtur. Quod si omnino totaliterque radius esset depuratus, & a minutissimis quoque atomis, & pulvisculis limpidus & liber, omnino videretur oculo imperceptibilis; non reperiretur quippe oculus species ad quas terminaretur, cum lux sensibilis ac pura, non adeo proprie visus abiectum sit; sed potius medium, quo visibilia cernit: unde si visibilia obiecta, quae radius, vel lux ferire, vel illustrare posset, deciderent, minime lux sola, ocu-

Res haec similitudine apte explicatur.

Nota

Liquet

Obiectum

oculo perciperetur. Hinc est, quod si solaris radius per vnam ingrederetur fenestram, per aliam verò exiret, nec aliquid corporeum offenderet; videtur quod nihil illius appareret; & nihilominus radius tunc temporis in se purior, & serenior esset, quam cum visibilibus rebus plenus, clarior apparebat, & magis percipiebatur. Idem fermè agitur in oculo animæ, qui eius est intellectus, respectu spiritalis lucis; quem oculum hæc noticia, & lux supernaturalis, de qua loquimur tam purè simpliciterque percipit, adeoque noticia est ab omnibus intelligibilibus formis (quæ sunt obiecta intellectui proportionata;) aliena, & denudata: ut ipse illam nec percipiat, nec animaduertat. Imò aliquando (hoc autem fit, quando ipsa in se purior est) lux ista, tenebram, & obscuritatem intellectui inducit: eo quod abalienet eum, remoueatque ab eo solitas suas formarum, & phantasiarum luges; & tunc optimè sentitur, & animaduertitur huiusmodi tenebra.

Interdum etiam hæc diuina lux tanta vi transueherat, percipitque animam, ut nec tenebram percipiat, nec reflectat se ad lucem, nec illi videatur, se aliquid, quod ipsa sciat, siue hinc, siue illinc apprehendere, ac propterea remanet anima veluti obliuione quadam alrà sepulta, neque vbinam fuerit, aut quid egerit agnoscit, neque aliquid illi répus elapsum esse videtur. Vnde euenire potest, & reuera ita est, ut plures horæ in hac obliuione consumantur, animæ verò quando ad se redit, vix momentum vnum fuisse videatur. Obliuionis porro huius causa est puritas & simplicitas (de qua locuti sumus) notitiæ huius. Quæ occupando, & penetrando animam, sicut ipsa pellucida, & pura est, sic efficit eam simplicem, mundam, & ab vniuersis sensuum, ac memoriæ appre-

hensionibus, & formis, quibus medijs ipsa prius operabatur, depuratam: hocque modo illà in obliuione relinquit, absque eo quod sese ad temporis differentias reflectat. Quamobrem hæc oratio licet sit (vt dixi) proluxa, breuissima apparet Animæ: quia peracta est in intelligentia pura, quæ est breuis illa oratio, de qua dicitur, quod cælos penetret. Breuis appellatur, quia non percipit nec anima duertit tempus. Penetrat verò cælos, quia anima, in quadam cælesti intelligentia vuita est. Sicque noticia hæc relinquit animam quando expergiscitur, eam effectibus illis, quos in ea produxit, absque eo, quod ipsa illos dum fierent perferret: qui effectus sunt, mentis eleuatio ad cælestem intelligentiam, ac abalienatio & abstractio, ab omnibus rebus, formis, ac figuris earum. Quod sibi euenisse David fatetur, cum in se à simili obliuione rediret, dicens. *Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Solitarius ait: hoc est, ab omnibus rebus, abstractus, & abalienatus.

In tecto insuper: hoc est, mente in sublime elata, & hoc modo remanet anima, quasi omnium rerum ignara, solum enim Deum nouit, nec tamen scit, qua id ratione fiat. Sic etiam sponsa, inter effectus, quos in ea somnus hic, obliuioque, produxit, hunc quoque ignorantiam recenset, dum ait. *Nesciui.* Id est, nesciui vnde. Licet (vt dictum est) videatur animæ in hac notitia constitutæ, nihil se profusus facere, neque se re aliqua esse occupatam, eò, quod sensuum operatione non utatur: credat tamen sibi que persuadeat nequaquam se tempus inutiliter, & otiose consumere. Quamuis enim potentiarum Animæ harmonia, & concertus cesserit, ipsius tamen intelligentia, ad eum se modum habet, sicuti exposuimus.

Et idcirco sapiens sponsa, tacitæ suæ hæc

Quæ sit oratio breuis penetrans cælos

Effectus huius orationis.

Pf. 101. 38

Cant. 6. 11

B.

Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

Can. 3. 2.

hac dere obiectioni respondit, dicens: Ego dormio, & cor meum vigilat: id est, quamuis dormiam ego secundum id quod naturaliter mihi competit, ab operatione desistendo: meum tamen cor vigilat supernaturaliter, ad notitiam supernaturalem eleuatum. Indicium itaque ad cognoscendum vtrum anima versetur in hac intelligentia secreta, est, si videat se vltra non appetere cogitare quidquam, siue altum, siue humile.

NOTA.

No est omnino necessarium ad hoc ut notitia seu contemplatio ista, vere salis sit, hanc obliuionem auertere. Hac obliuio quippe tunc accidit quando ipse Deus particulariter abstrahit Animam, & hoc raro fit.

NOTA.

Qualis nō notitia sit ad meditationem relinquentia? Fere semper notitia hac cum amore coniuncta est. Cur vocetur notitia Generalis, amorosa, hac contemplatio

Verum animaduertendum est, nullo modo existimari debere notitiam hanc, de qua hoc loco præcipue tractamus, ad hoc vt vera talis sit, debere necessario talem inducere obliuionem: hoc enim solum contingere solet, quando Deus ipse particulariter abstrahit animam; quod non frequenter fieri solet: non semper quippe notitia hæc rotam occupat animam. Vt autem huiusmodi sit, quæ ad meditationem, ac discursus relinquendos fatis sit, sufficit vt intellectus à quacunque particulari notitia abstractus sit, siue illa temporanea sit, siue spiritalis: & præterea, vt voluntas, ad neutras cogitandas propendeat, vt dictum est. Atque ex hoc indicio agnosci poterit, animam in hac obliuione de qua egimus versari, quando scilicet notitia hæc soli intellectui infunditur, & communicatur. Quando enim voluntati quoque simul conceditur (quod fere semper, siue parum illud sit, siue multum, euenit) bene percipit Anima, si considerare velit, se notitia hac occupari, & detineri, eo quod amoris palato, seu gustu, se in illa versari, animaduertit, non tamen in particulari discernit, quidnam amet. Et idcirco amorosa, ac generalis notitia appellatur: quia quemadmodum generalis est, in intellectu, obscure se illi communicando: sic etiam generalis est in voluntate confuse amore illi, ac voluptatem communican-

do; absque eo quod voluntas distincte cognoscat, quidnam amet.

Hæc nunc sufficiant, ad declarandum, qua ratione necessarium sit animæ, notitia hac occupari: vt possit meditationis, & discursus viam deserere: & vt tuta secutaque reddatur, quod licet illi se otiosam esse, nihilque agere videatur; se tamen bene, ac fructuose esse occupatam: si tamen dicta iam indicia, in se animaduertit: ex allata quoque similitudine intelligi potest, quomodo non ideo lucem hanc æstimare debet anima, puriorem, sublimiorem, & ferentorem, quia intellectui apprehensibilis magis, & palpabilis representatur, sicut solis radius oculo apparet clarior quando atomis scæter. Cum iuxta Aristotelis, Theologorumque doctrinam manifeste constet, quod quo lux Diuina sublimior, & eleuatio est; eo oblectior sit intellectui nostro.

Quo lux Diuina sublimior, eo intellectuui oblectior.

De Diuina hac notitia, tam secundum se considerata, quam secundum effectus, quos in contemplatiuis producit, multa essent dicenda; sed omnia hæc suo referuamus loco; quoniã nec ea, quæ hoc loco adduximus, adeo fuscè prolixè que proponere oportebat, nisi forte, ne doctrina hæc confusa magis remaneret, quam reuera remaneret; quia profecto, ego ipse fateor illam admodum confusam remanere, nam præter quod materia hæc sit, de qua raro hoc, quo eã nos hic proponimus modo, siue sermone, siue scripto, agitur: (eo quod illa in se sit præterordinaria, & obscura) accedit etiam rudis meus stylus, & exigua scientia: & sic diffidens posse me ista congruenter explicare: multoties agnosco me nimis prolixum esse & limites qui ad proponendam hoc loco doctrinam, de qua discepto partem satis erant, transilire. Quam rem fateor me interdum ex industria, ac data opera facere; nam quod vno modo

Nota. Quædam...

modo & argumento intelligi nequit, fortasse melius, alio, atque alio percipietur. Præterea, idcirco aliquanto prolixus sum; quia existimo aliquam lucem adferri ijs, quæ postmodum sunt dicenda. Quam etiam ob causam ut hanc doctrinæ partem abfoluam, videtur mihi omnino cuidam dubitationi respondendum, quæ circa notitiæ huius continuationem emergere posset, idque capite sequenti succinctè præstabo.

CAPVT XV.

In quo demonstrat, quomodo proficientibus, qui notitiam hanc Generalem contemplationis ingredi incipiunt, expedit interdum discursu, & operatione potentiarum naturalium vii.

Circa huc usque dicta, posset hæc dubitatio oriri, an Proficientes, illi videlicet, quos Deus in hac supernaturali contemplationis notitia (de qua locuti sumus) collocare incipit; eo ipso quod illa sui incipiunt, nunquam an plus meditationis discursus, naturæ huiusque formarum exercitium, resumere debeant? Dubitationi huic responderetur, nullo modo hanc doctrinam sic accipi debere, ut illi, qui incipiunt notitiâ istâ amorosâ, & simplici perfrui, nunquam amplius uti debeant meditatione, nec ad eam habendam conati. Nam in istis profectus sui principijs, nec ad eum profectus est in illis notitiæ huius habitus, ut statim ac ipsi voluerint possint actum eius exercere, seu in illo se constituere; nec ita longe à meditatione recesserunt, ut meditari ac discurre sicut solebant interdum non valeant, aliquas res novas, meditatione inueniendo. Quinimo in istis principijs, quando ex allatis indicijs iam cognouerimus animâ, minimè quiete illa seu notitia occupatam esse, omnino discursu uti oportebit eam,

donec acquirat habitum (de quo iam locuti sumus) aliquo modo perfectum: tunc autem erit habitus iste acquisitus, quando quotiescunque meditari voluerint, confestim se sentiant in ista pacis notitia constitutos, abique eo quod meditari possint, neque voluntatem ad meditandum fluctere. Antequam enim eò perueniatur (nimirum ad notitiâ istam amorosam habitualement) in isto statu, qui est proficientium, aliquando reperitur vnum, aliquando verò aliud. Ita ut pluries sese inueniat anima in ista amorosâ vel pacifica assistentia, nihil (ut declaratum est) potentij operando: pluries verò moderato, pacatoque meditationis, & discursus conatu, ad se in ea collocandam, indigebit. Quæ pacifica notitia obtenta, nō discurret, nec laborat iam potentij anima, tunc enim verius dici poterit, intelligentiam, & suavitatem in ea quasi passivè se habente, fieri, seu produci; quàm quod ipsamet aliquid operetur; sed solummodo istud illi incumbit, ut attentam cum amore habeat ad Deum animam, nihil percipere, ac videre cupiendo, sed permitiendo se duntaxat à Deo duci: quia in re passivè sese illi communicat ipse Deus; quemadmodum illi qui apertos habet oculos, lux communicatur. Illud solū necessarium est ad lucem hanc Diuinam simplicius copiosiusque suscipiendam, ut non conetur, neque curet alias magis palpabiles aliarum notitiarum, vel formarum, vel figurarum discursivas luces, interponere: nam nihil istorum, serenæ illi, & limpidæ luci, simile est. Vnde si illo tempore intelligere, atque considerare res particulares vellet, licet illæ maximè spirituales essent simplicem illam, ac delicatam spiritus lucem, nubeculas istas interponendo, præpediret: Quemadmodum si cui res aliqua ante oculos opponeretur, in quam visus offenderet,

Vnde cognosci possit ab aliquo, habitum perfectum notitiæ amorosæ, seu contemplationis acquisitum fuisse.

NOTA.

In proficientium statu, aliquando anima in hac se notitiâ amorosâ constitutam reperiet, aliquando verò meditatione ad ponendum se in ea indigebit.

Ad copiosius lucem hanc seu notitiâ suscipiendam, quid facere debeat anima?

B.

Iuannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

Statim ac anima sese ab omnibus apprehensibilibus imaginibus perfecte euacuauerit, in pura luce notitia istius remanebit. Lux hæc semper parata est, ad communicandum se anima.

Nullum Deus replet vacuum quod non implet.

NOTA. Quid facientiam spiritali viro quando meditari nequit.

deret, proculdubio, & lumen & anteriorem prospectum, & præpediret. Hinc manifestè deducitur, quod statim ac anima expurgationem hæc, & euacuationem ab omnibus formis, & imaginibus apprehensibilibus perfecte absoluere, eam in istâ purâ simpliciq; ue luce remansuram, transformando se in illam in statu perfectionis. Lux quippe hæc, prompta semper, parataque est ad communicandum se animæ; sed propter formas, & creaturarum velamina, quibus anima tecta, itretitaque est, haudquaquam illi infunditur. Quod si impedimenta hæc, & velamina omnino auferretur (eo quod postea dicemus modo) in pura nuditate, ac spiritus paupertate remanendo; confestim anima iam simplex, & pura, in puram simplicemque sapientiam Diuinâ, quæ est Dei filius, transformaretur. Quia deficiente ab anima amore iam sauciata, illo, quod illi naturale est, confestim infunditur ei supernaturaliter, illud, quod Diuinum est: cum Deus nullum relinquat vacuum, quod non impleat.

Distat spiritualis, quando meditari nequit, cum amorosâ ad Deum aduertentiâ seu attentione, cum intellectus pace permanere, licet illi se otiosum esse videatur. Hoc quippe modo sensim, & valde citò animæ suæ, Diuina requies & pax cum admirandis, & sublimibus Dei notitijs amori Diuino inuolutis, infundetur. Nec sese formis, imaginationibus, meditationibus, vel alicui discursui immisceat: ne inquietet animam, eamque à sua voluptate, ac pace auellat, & ad illud in quo illa tædium auersionemque sentit, compellat. Si autem ut diximus scrupulus aliquis suboriatur, nihil illum agere; animaduertat non exiguam eum rem præstare, animam pacando, eamque in tranquillitate absque vlla operatione

suâ vel appetitu collocando, & conferuando: quod est illud, quod à nobis Dominus noster per Dauid requirit, dicens: *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus, hoc est, Discite, & conamini ab omnibus rebus esse vacui, (interius videlicet) & cum magna voluptate videbitis, quoniam ego sum Deus.*

Magnum opus effici anima se ipsam pacando, & ab omni ratione vel appetitu attentam Deo exhibendo, & hoc ab ea requirit Deus. P. Jal. 45. 10

CAPVT XVI.

In quo de imaginarijs apprehensionibus, quæ supernaturaliter in phantasia representantur, disputatur. Demonstratur etiam non posse eas deseruire animæ, tanquam medium proximum ad Vnionem cum Deo.

Postquam de apprehensionibus, quas in se anima naturaliter recipere, & circa quas imaginatione phantasiâ; occupari potest, disputauimus. Rationi consentaneum est, vt de supernaturalibus, quæ Imaginariæ visiones appellantur, hoc loco agamus; quæ quoniam imaginibus, formis, & figuris subditæ sunt, ad hunc quoque interiorem corporeumque sensum spectant, quemadmodum & naturales.

Animaduertendum autem est, nomine hoc visionum imaginariarum, velle nos intelligere ac comprehendere ea omnia, quæ sub imaginum, formarum, & figurarum vel specierum modis, supernaturaliter imaginationi obijci representarique queant; idque per species admodum perfectas; & quæ viuacius ac perfectius quam connaturali sensuum ordine fieri soleat, representant, & mouent.

Omnes enim apprehensiones & species, quæ ab vniuersis quinque corporeis sensibus ortæ representantur animæ,

Quidnam in hoc tractatu nomine visionum imaginariarum intelligitur?

tur

in

in illa naturali via sedem figunt, possunt etiam supernaturali via in eadem habere locum, illique representari absque aliquo exteriorum sensuum præsidio. Ille quippe phantasiæ sensus & memoriæ, est veluti archiuum seu receptaculum quoddam respectu intellectus, in quo vniuersæ formæ & imagines, quas ille efficit intelligibiles, recipiuntur, hocque modo intuetur illas intellectus, & de illis fert iudicium.

Sciendum itaque est, quod quemadmodum quinque exteriores sensus, imagines & species suorum obiectorum, his interioribus sensibus, Phantasiæ scilicet & imaginationi proponunt, & representant: eodem etiam modo (vt diximus) absque exteriorum sensuum interuentu, possunt supernaturaliter eadē imagines, ac species, idque multo viuacius, & perfectius representari. Hocque modo, sub imaginibus istis multoties plura representat Deus animæ, eamque eximia erudit sapiētia, quemadmodum passim in sacris literis videre est, cuiusmodi est illud, quando patefecit Deus gloriam suam sub imagine fumi, qui obtegebat templum. Exitum patefecit gloriam suam inter Seraphinos, qui alis velabant facies & pedes. Et Ieremiæ, virgam vigilan-tem, Danieli quoque plurimas visiones, ostendit.

Dæmon quoque visionibus suis apparenter bonis nititur decipere animas: quemadmodum libro tertio Regum videre licet, quando vniuersos Prophetas Achab in errorem induxit, representans illorum Imaginationi, cornua, quibus ventilandos, superandosque Assyrios prædixit, quod tamen mendacium fuisse, exitus comprobauit. Eiusdem farinae visiones vxoris Pilati, fuerunt, quibus persuadebat ne CHRISTVS morti addi-

ceretur, & plures id genus aliz diuersis in locis.

Visiones huiusmodi Imaginariæ frequentius in via Dei iam prouectis, euenire solent, quam corporeæ exteriores; nec in quantum sunt imagines, & species distinguuntur ab illis, quæ per exteriores sensus ingrediuntur: veium quantum ad illarum perfectionem, effectusque, quos producunt attinet, latissimum inter eas discrimen reperitur: delicatiores enim, & subtiliores sunt, & maiores ex ijs in animam effectus promanant, eo quod simul, & supernaturales sint, & supernaturalibus exterioribus, intimiores.

Hoc tamen minime obstat, quin interdum aliqua ex istis corporalibus exterioribus, maiores effectus producant; sit tandem eo modo, quo Deo communicationem fieri placet: verum loquimur nunc secundum naturalem ipsarum proprietatem; siquidem magis sunt intimæ. Hic Imaginationis, & Phantasiæ sensus, est ille, in quo vt plurimum cadæmon suas exerit vires, & aures: cum sensus iste sit veluti inua quædam seu introitus animæ; in quo etiam intellectus, veluti in foro aut portu accipit, aut relinquit suarum specierum merces. Et propterea Deus, & etiam Dæmon huc cum imaginibus, & formis suis accurrunt, vt illas intellectui obijciant, ac offerant: quantum Deus, non hoc solum ad erudiendam animam vitur medio, cum in eâ substantialiter commoretur, potestque id siue per se, siue per alia media, præstare. Nolo amplius immorari, in adferenda indiciorum doctrina, per quam discerni possit, quænam visiones à Deo sint, quæ verò nequam: cū non sit mea mens, hac de re, hoc loco agere: sed solum animus sit, erudire

B.

Iuannis
à CruceOpera
mystica

NVI

129

Visiones Imaginaria in via Dei prouectioribus, frequentius euenire solent, quam corporeæ exteriores.

Multo excellentiores effectus producant visiones imaginaria in anima, quam externa corporales, & quare?

In Imaginationis Phantasiæ sensu, cum vt plurimum cadæmon suas exerit vires, & aures, vt plurimum Dæmon huc cum imaginibus, & formis suis accurrunt, vt illas intellectui obijciant, ac offerant: quantum Deus, non hoc solum ad erudiendam animam vitur medio, cum in eâ substantialiter commoretur, potestque id siue per se, siue per alia media, præstare. Nolo amplius immorari, in adferenda indiciorum doctrina, per quam discerni possit, quænam visiones à Deo sint, quæ verò nequam: cū non sit mea mens, hac de re, hoc loco agere: sed solum animus sit, erudire

circa illas intellectum, ne sese visionibus bonis implicet, vnioniq; sapientie Diuine, obstaculum ponat, & ne visionibus falsis decipiatur, & illudatur.

NOTA. Nullas visiones imaginarias siue à Deo, siue à Dæmone proficiantur, debet anima admittere, aut illis occupari, & quare?

Cur anima ad Diuinam vnionem anhelans, tota pura debeat esse ab omni imagine, & simplex?

Propterea dico & assero, nulli omnium istarum apprehensionum, & imaginariarum visionum, & quarumcunque aliarum, quæ sese sub aliqua forma vel imagine, vel aliqua particulari intelligentia offerunt, siue illæ falsæ sint, & à Dæmone proficiantur, siue etiam veræ esse, & à Deo promanare, cognoscantur; nulli inquam intellectum sese implicare, aut immiscere debere, nec illis pasci, neque animam debere illas velle admittere, nec in illis sistere; vt possit esse abstracta & expedita, nuda, pura, & absque omni modo, simplex, quemadmodum ad Diuinam vnionem requiritur. Huius rei ratio est: quia omnes istæ formæ, iam enumeratæ, semper in sui apprehensione sub aliquibus modis, & rationibus limitatis representantur: sapientia autem Diuina, cui intellectus vniri debet, nullum habet modum, aut rationem, nec est aliqua intelligentia distincta, & particulari circumseptæ: cum sit omnino tota pura, & simplex. Cùm autem ad hoc, vt duo extrema (cuiusmodi sunt anima, & sapientia Diuina) coniungantur, necessarium sit vt sibi mutuo consentiant, secumque in quodam similitudinis modo conueniant; hinc est, quòd etiam anima, debet esse pura, & simplex; non limitata, nec alicui intelligentie particulari alligata; neque aliquo formæ, speciei, aut imaginis limite modificata, seu constructa. Et quoniam Deus nulla forma, aut imagine comprehenditur, nec sub intelligentiam particularem cadit, etiam anima vt vnietur Deo, non debet aliqua forma, vel distincta intelligentia coarctari. Porro nullam in Deo reperiri formam, aut similitudinem,

optimè declarat Spiritus sanctus in Deuteronomio his verbis. *Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis.* Quamuis dicat fuisse ibi tenebras, nubem, & obsecritatem, quæ est notitia obscura, & confusa, de qua locuti sumus, in qua Deo anima copulatur: Et paucis interiectis ait. *Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est Dominus in Horeb de medio ignis.* Deut. 4. 12
num. 15.

Quod autem non possit anima ad vnionis cum Deo sublimitatem, qualis in hac vita acquiri potest, medijs aliquibus formis, & figuris pertingere, idem Dei spiritus in Libro Numerorum asseruit, quo loco arguens Deus Aaron, & Mariam germanos Moysi, quæ contra eum murmurabant, volensque illis declarare, sublimem vnionis, ac amicitie mutue statum, ad quem Moysen prouexerat, dixit. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei: & palam, & non per aigmata & figuras Dominum videt.* Ex quibus verbis manifeste constat, in isto eminenti vnionis amoris statu, nequaquam se Deum communicare anima medio aliquo visionis imaginariæ, similitudinis, aut figuræ scheniate, neque illud reperiri debere: sed ore ad os, hoc est, in pura & nuda Dei essentia, quæ est veluti os Dei in amore, in pura vicissim & nuda essentia Animæ mediante voluntate quæ est os Animæ in Dei amore. Quamobrem vt ad vnionem hanc adeò perfectam perueniri possit; sollicitè debet cauere anima, ne visionibus imaginarijs, aut formis, aut figuris, aut particularibus intelligentijs, innotatur: cùm illi nequaquam deseruire possint, velut mediū proportionatū & proximi- Nequit anima ad Diuinam peruenire vnionem, medijs formis, aut figuris.
Nu. 12. 8.
Quidam su Deum ore, ad os loquit.
Quidam vere debet Animæ ad vnionem aspirare!

proximum ad hunc finem: quin potius erunt illi impedimento; ideoque debet eas repudiare, & ne contingant, quantum valuerit, obviare. Nam si in aliquo euentu admittendæ, æstimandæque essent; id fieri deberet ob vtilitatem, ac fructum, quem in Anima quando veræ sunt producant: sed ad hæc consequenda, nequaquam necesse est illas admittere: imo vt magis profint, oportet semper illas respicere, & abnegare. Omne siquidem bonum, quod visiones istæ imaginariæ (sicut etiam exteriores corporeæ, de quibus sumus locuti) in Anima producere possunt, est impertiri illi intelligentiam, amorem, vel suauitatem: verum ad effectum istum in ea causandum, non requiritur, vt ipsa Anima velit eas admittere. Nam (sicut etiam superius dictum est) quando offeruntur, imaginariæ, efficiunt statim, vel infundunt in animam intelligentiam, amorem, vel suauitatem, quam vult eas Deus producere: hocque modo suscipit passiuè Anima effectum suum excitantem, nec ipsa potest eum præpedire: quemadmodum etiam nec in eius sicut erat potestate, posse & scire illum acquirere, licet antea laborauerit, se ad effectum istum disponendo. Quia in re aliquo modo similis est Anima vitro, quod prohibere non valet, nec solarem radium sese transuerberantem impedire: sed solummodo passiuè se habendo, mundicia iam dispositum absque aliqua diligentia, & operatione sua, ab illo clarificatur. Sic etiam anima non potest non recipere in se influentias & communicationes illarum figurarum: in fisionibus enim supernaturalibus, voluntas negatiua reluctari nequit, permanens in humili, & amorosa resignatione. Quamuis dubio procul impunitas, Animæque imperfectiones, non ex quo sint obstaculo: sicut etiam maculæ in vitro, impediunt clarita-

tem. Ex quibus manifeste apparet, quod quo amplius Anima sese voluntate, & affectu à maculis apprehensionum, imaginum, & figurarum, quibus communicationes spirituales (quas recensuimus) inuoluuntur, denudauerit, & abalienauerit, non solum se communicationibus istis, & bonis quæ producunt, priuat; sed multo melius disponitur, ad illa in maiori copia, claritate, spiritusque libertate, & simplicitate suscipienda, explosis repudiatisque vniuersis illis apprehensionibus, quæ sunt cortinæ quædam, & velamina illud, quod in eis magis spirituale est, regentia, & operientia. Occupant itaque huiusmodi apprehensiones sensum, & spiritum, si illis pasci, ac nutriri voluerit, idque adeo, vt non valeat animæ, simpliciter, & libere Spiritus communicari: dum enim, corticibus illis detinetur, manifeste patet non habere intellectum libertatem recipiendi substantiam, quare si anima admittere illas, magnique pendere vellet, nihil aliud faceret, quam seipsam intricare, & minori, quod in illis continetur bono, eo nimirum, quod ipsa in illis apprehendere & cognoscere potest, esse contentam; quod tandem nihil aliud est, quam illa forma, & imago, & particularis intelligentia. Nam illud, quod in illis præstantius est, spirituale nempe bonum, quod illi infunditur, nescit illa apprehendere, nec intelligere, nec qualiter sit nouit, nec illud poterit verbis exprimere; eò quod pure spirituale sit. Id solummodo, quod de illis nosse potest, minimum est (vt dixi) quod in illis reperitur, secundum suum intelligendi modum, formæ videlicet per sensus, & propterea dico, quod passiuè, & sine eo, quod illa vatur operatione sua intelligendi, nec quod illa vti sciat, communicatur illi spirituale bonum visionum illarum, quod illa nec intelligere, nec imaginari sciret.

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

Quapropter semper sunt oculi Animæ auertendi ab omnibus istis apprehensionibus, quas illa videre, & n. ell gere distinet potest, quæ quoniã suam habent cum cõsensu communionem, minimè stabilitatē ac securitatem fidei sortiuntur: verum defigere oculos in eo, quod minime videt, nec ad sensum, sed ad spiritum pertinet, quod etiam nõ cadit sub figuris sensus; est illud, quod animam ad vnionem perducit per fidem, quæ est proprium mediũ. Atq; hoc modo visiones istæ, secundum id, quod in illis substantiale est proderunt Animæ ad fidem altius imprimendam, quãdo illa didicerit rectè abnegare & respuere id, quod in illis est sensibile, & intelligibile, particulare seu singulare; & quando nouerit, bene illo sine vi, quem Deus in dandis illis intendit; refutando & repudiando illas: vt enim de visionibus corporalibus diximus, non idcirco eas communicat Deus, vt illas acceptet anima, illisque affectu hæreat.

Verũ emergit hoc loco dubitatio quædam; estque, si res ita se habet, vt Deus tribuat visiones supernaturales animæ, non ad hoc vt eas acceptet, aut illis innitatur, easque æstimet, ad quem ergo finem eas largitur? maxime cum possint esse animæ multorum errorum, ac periculorũ occasio, vel ad minus impedimenta, & obstacula (de quibus loquuti sumus) ne progredi in spiritu possit, adducant, præsertim cum possit Deus, spiritualiter conferre Animæ & in substantia, quidquid illi per sensus, medijs dictis visionibus, & formis sensibilibus, communicat. Huic dubitationi sequenti capite occurreremus, quod magni momenti continebit doctrinam, apprimeque (secundum meam opinionem) tam spiritualibus viris, quam ipsorum directoribus necessariam. Docetur quippe ibi modus & finis, quo Deus in

illis conferendis vtitur, & intendit: quem quoniam plures ignorant, nec seiplos regere norunt, nec alios per illas ad vnionem dirigere. Arbitrantur enim, quod eo ipso quod exploratum habeant, eas veras esse, à Deoque proficisci, expedit ad hæere illis, & inniti; non considerando quod etiam in istis inueniet anima suam proprietatis, adhæisionis, & impedimentorum, modum, quemadmodum & in rebus mundanis reperire solet; nisi illis nuncium remittere, & eas abnegare noñt, sicuti & mundanas. Vnde bonum illis proficuumque esse videtur, visiones admittere, res verò mundanas respuere, istoque modo se & animas, quibus præsumunt, magno exponunt periculo & labori, quem subire necesse est, in discernendis veris à falsi. Sed nec Deus requirit ab eis, vt hunc assument laborem, nec vult vt animas sinceras ac simplices huiusmodi luctæ ac periculo obijciant: cum præmanibus habeant sanam, tutamque doctrinam, quæ est fides, in qua debent, ad vltiora progressum facere. Quod tamen fieri nequit, nisi intellectus oculi omni illi, quod sensui subest & distinctam particularemque intelligentiam partim occludantur. Licet enim adeo certus indubiusque esset, S. Petrus. Visionem illam gloriam, quam in Christi conspexit transfiguratione, fuisse omnis ambiguitatis expertem, postquã tamen illã, fidelibus ad quos scribebat, recensuisset, ad fidem illos dirigendo, dixit: *Et habemus firmiorem Propheticum sermonem* (testimonium Christo perhibentem quam sit hæc visio montis Thabor) *cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucentis in caliginoso loco.* Quã similitudinẽ si considerare volumus, reperiemus ea, doctrinam, quam tradimus, expressam & declaratã. Dicere enim vt fidei, quã docuere Prophetæ attendamus, veluti lucernæ in

A visionibus auertendi mentis oculi, & ad ea, quæ nõ videntur conuertendi.

Quomodo visiones istæ, proderunt Anima ad fidei incrementum.

Si Deus nõ vult acceptari visiones ab Anima, cur eas tribuit?

De quibus sequenti capite agendum in ordine ad præposita subiecta, non, regis, suum. Multis spiritibus erroribus visiones etiam quæ de Diabolo.

Non vult Deus se subiacere labori in discernendis veris à falsi, sed vult fidei esse certum.

2. Pet. 1. 19.

caliginoso loco; idem est ac dicere, vt in obcuritate remaneamus, oclusis Animæ oculis, vniuersis alijs luminibus, vt que hæc fidei tenebra, quæ etiam est obscura, sola sit illa lux cui innitatur. Si enim luminibus alijs distinctarum manifesta- rumque intelligentiarum inniti voluerimus, iam non innititur luci obscuræ, quæ est fides, nec nos illuminat illa, in caliginoso loco, de quo loquitur S. Petrus, qui locus significat intellectum, qui est veluti candelabrum, cui hæc fidei candelâ imponitur, vnde debet etiam esse obscurus, donec in alia vita illucescat claræ Dei visionis dies, in præfenti vero transformationis, & cum eo vnionis, ad quam anima pergit.

CAPVT XVII.

In quo finis, ac modus, quem Deus in communi-
canda anima per sensus spiritualibus bonis ha-
bere consuevit, declaratur, Dubitationi-
que superius proposita satù sit.

Multa dicenda forent circa finem, quem intendit Deus, & modum, quo in conferendis visionibus istis, ad animam ex suo tempore, ad Diuinam suam vnionem subleuandam, vtitur: qua de re vniuersi spirituales libri agunt; & propterea hæc capite illa tantum adducentur, quæ ad dubitationem nostram enucleandam satis sint: dubitatio portò hæc erat. Si quidem visionibus istis supernaturalibus, tantum periculi, ac impedimenti ne ad vltiora tendatur (vt diximus) subest, cur sapientissimus Deus, & ad amouenda ab animabus impedimenta, & laqueos auertendos tantopere pronus; cur inquam, visiones huiusmodi illis offert, ac communicat?

Vt propositæ dubitationi respondeamus, supponenda sunt necessario tria principia. Primum est D. Pauli dicentis: *Rom. 13. 1. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt.* Secundum est Spir. S. in Sapientiæ libro, vt ait, *Sap. 8. 1. Disponit omnia suauiter*, hoc est, Dei sapientia licet ab vno fine ad alium pertingat, id est, ab vno extremo ad aliud extremum, disponit tamen omnia suauiter. Tertium tandem Theologorum est, asserentium: *Deum omnia mouere, secundum eorum modum.* Iuxta hæc itaque principia manifestè patet, quod ad hoc vt Deus moueat animam, illamque à fine seu extremo vilitatis suæ, ad aliud finem, seu extremum sublimitatis suæ, in diuinam suam vnionem subleuet, debere hoc ordinare, & suauiter, & secundum ipsiusmet animæ modum, præstare. Cum autem cognitionis ordo, quo vtitur Anima, sit per creaturarum rerum formas, ac imagines: & cognitionis ac scientiæ suæ modus, à sensibus dependeat; hinc est, quod ad hoc vt Deus illam ad supremam notitiâ subleuet, vt hoc suauiter efficiat, auspiciari ab infimo gradu, seu extremo sensuum animæ, debet, vt hac ratione sensum illum, secundum ipsius modum, ad alium vsque sapientiæ suæ spiritualis finem, qui sub sensum non cadit, subleuet. Quam ob causam, erudit illam primo loco per formas, imaginis, & sensibiles vias, siue illæ naturales sint, siue supernaturales, idque facit secundum ipsius intelligendi, ac discurrendi modum, sicque ad summum Dei Spiritum, dirigit. Et hæc est causa cur illi visiones, & formas imaginarias, cæterasque alias notitias sensitiuas, & intelligibiles largitur.

Non quod noller Deus, confestim & in primo actu, conferre illi spiritus substantiam, si duo extrema humanum vide licet, & Diuinum; sensus, & spiritus, ordinario cursu possent inuicem conspirare,
& vno

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

129

*Causa, ob
quâ Deus
Visiones
Imagina-
rias largi-
tur.*

& vno solo actu coniungi, absque eo quod prius plures alij dispositionum actus præcedant, qui ordinate, & suauiter inter se conueniant, sitq; vnus dispositionis actus, alterius fundamentum, & aliarum dispositionum dispositio: quemadmodum in agentibus naturalibus, primæ dispositiones in seruiunt secundis, secundæ vero tertijs, & sic deinceps. Hocque modo perficit, Deus hominem secundum hominis modum, per vtiliora, scilicet & exteriora, ad sublimiora, & interiora promouendo.

NOTA.
Deus perficit hominem secundum hominis modum, hoc ordine.

Quamobrem primo loco perficit sensum eius corporalem, excitando illum ad recte vtendum obiectis naturalibus perfectis exterioribus; sicut est ad factum, & concionem audiendam; res sanctas intueudas; appetitum cibi mortificandum: tantum quoque penitentis, ac rigore sancto affligendum. Quando vero iam isti sensus, aliquo modo sunt dispositi, & præparati, consuevit illos amplius perficere, conferendo illis aliquas supernaturales gratias, & delectamenta, ad illos magis in bono stabiliendos, obijciendo illis aliquas supernaturales communicationes, cuiusmodi sunt Sanctorum, vel rerum sacrarum corporales visiones, suauissimi odores, allocutiones, pura singularique suauitate refertæ, quibus rebus roboratur maximopere, stabiliturque sensus in virtutibus, & à malorum obiectorum appetitu abalienatur. Sensus præterea corporei interiores (de quibus hoc loco disputamus) qui sunt imaginatiua, & phantasia, simul etiam perficiuntur ab eo, & bono, medijs considerationibus, meditationibus, sanctisque discursibus, assue fiunt; eo modo quo in illas id cadere potest: omnibusque istis modis instruit ac docet Spiritum. Postquam autem isti quoque sensus, exercitio naturali satis fuerint dispositi ac præparati, solet Deus illuminare, & veluti am-

plius illos spiritualizare aliquibus supernaturalibus visionibus, quas hic imaginarias dicimus, ex quibus simul (sicut diximus) magnam Spiritus percipit vtilitatem: qui etiam tam visionibus exterioribus corporalibus, quam istis interioribus, pederentim efformatur, ruditatem que suam seu scabriciem, deponit. Atque hoc paulo gradatim Deus, animam ad magis interiora deducit: non quod omnino ordinem hunc secundum prius, & posterius adeo stitit, sicut hic descripsimus, seruire necesse sit; præbet quippe Deus interdum, vnum atque altero, sicuti è re Animæ esse animaduertit, & sicuti illi placet gratiam, fauoremque ei exhibere: ac ordinarius modus seu cursus est his, quæ diximus, contentaneus. Hoc itaque modo ordinari loquendo instruit & erudit Deus Animam, ac spiritualem efficit, incipiendo communicare illi Spiritum à rebus exterioribus, palpabilibus, sensuique conformibus, secundum animæ paruitatem, & capacitatem exiguam: vt mediante illo sensibilem rerum cortice, quæ ex se bona sunt, producat Spiritus exerceatque particulares actus, totque veluti buccellas spiritualium communicationum suscipiat, vt spiritualium rerum habitum acquirat, ac contrahat, & vsque ad magis substantialia spiritus, qui ab omnibus sensibus remotus est, & alienus, pertingat: ad quem, sicuti diximus, non potest peruenire Anima, nisi pederentim secundum suum modum, id est, per sensum, cui semper fuit affixa: vnde iuxta mensuram ac modum, quo magis spiritui, cum Deo agendo, accedit, sitque vicinior, magis etiam seipsam euacuat, & denudat à sensuum vijs, quæ sunt, discursus, meditationes, & imaginationes. Quare cum ad perfectam cum Deo in Spiritu conuersationem ac conuetudinem peruenit; debet necessario

cessario iam euacuasse & abiecisse quid-
quid de Deo rebusque diuinis, sub sensum
cadebat. Quemadmodum quod magis
quæpiam res, extremorum vni adhæret, eò
magis ab alio remotior fit; quando verò
iam perfecte illi inhaeret, perfecte
etiã ab altero extremo se iungitur. Quã ob
causam vulgato illo spirituali adagio, di-
citur, *Gustato spiritu desipit omnis caro*, hoc est
de gustata pectore Spiritus dulcedine, ac
voluptate, vniuersa caro redditur insulsa,
hoc est, non amplius arident, mulcentq;
palatum cordis, cuncta solatia, ac ita iera
sensibilia: quibus etiam verbis, omnis sen-
suum circa spiritualia operatio, compre-
henditur. Estque res omnino manifesta:
nam si est Spiritus, iam sensibus non subest:
si autem tale est, quod à sensu percipi, &
comprehendi possit, iam non est purus
Spiritus. Quo enim amplius ex eo sensus,
& naturalis apprehensio, capere potest;
eo minus Spiritus, & supernaturalitatis
in se continet.

Quamobrem spiritualis vir iam perfe-
ctione adeptus, nihili facit sensum, nec illo
mediante aliquid percipit, nec illius mini-
sterio, in ijs præfertim, quæ ad Deum sunt,
vitur, quemadmodum faciebat prius, an-
tequam Spiritus cepisset incrementa. Et
hoc est, quod S. Paulus ad Corinthios scri-
bens, significauit dicens: *Cum essem paruulus*
loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, co-
gitabam vt paruulus: Quando autem factus sum
vir euacuauit, quæ erant paruuli; iam in supe-
rioribus declaratum est, res ad sensum spe-
ctantes, cognitionemque, quam per illum
elicere potest anima; exercitium esse par-
uulorum. Si itaque vellet anima semper il-
lis inhaerere, nec ab illis aliquando diuelli,
semper esset puer paruulus, semperque lo-
queretur de Deo sicut paruulus, sciret vt
paruulus & cogitaret de Deo vt paruulus:
adhærendo quippe cortici sensus, qui est

paruulus, nunquam ad substantiam spiri-
tus, qui est vir perfectus, perueniret. Qua-
re non debet velle anima dictas reuelatio-
nes admittere, vt in spiritu crescat, quam-
uis illi Deus eas offerat: quemadmodum
infans, vt substantiali magis solidoque ci-
bo assuescat, debet necessario ab vberibus
diuelli. Ergo dicet aliquis oportebit ani-
mam quando est paruula velle illas acce-
ptare, quando verò fuerit grandior, tunc
respuere, sicut etiam infans necesse est vt
admittere velit vbera ad hoc vt nutriatur,
ac possit cum creuerit, illa deserere. Re-
spondeo quantum ad meditationem, &
naturalem discursum, per quem anima in-
cipit inquirere Deum, attinet, verum esse,
non debere illam, relinquere, sensus vbera,
vt nutrirî possit, donec perueniat ad tem-
pus opportunum, quo illa deserere possit:
hoc vero tempus est, quando Deus con-
stituit iam animam in commercio magis
spirituali, contemplatione videlicet; qua
de re iam tradidimus doctrinam cap. 11.
libri huius. Verum quando sunt visiones im-
maginariæ, vel aliæ supernaturales appre-
hensiones, quæ sub sensum sine liberi ar-
bitrij consensu, cadere possunt: dico & as-
fero quod quocumque tempore, & qua-
cumque occasione, siue homo sit in statu
perfecto, siue in statu minus perfecto cõ-
tigerint, licet constet eas à Deo proma-
nare, nunquam debet illas Anima optare,
neque nimium se illis occupare, idque ob
duas causas.

Prima est, quia vt diximus, passivè in a-
nima suum producent effectum, absque
eo quod possit illum præpedire, quamuis
aliquid valeat ad impediendum visionis
modum; & consequenter, ille secundus
effectus, quem productura erat in Anima
visio, multo copiosius illi communicatur,
secundum substantiam, licet hoc eo mo-
do non fiat. In respuendis enim & cum

K humi-

Dubium
ex dictis
oritur.

Duas ob
causas in
omni statu
non debet
anima vi-
siones ima-
ginarias
optare.
Etiam si
constet eas
à Deo pro-
ficisci, nec
se à illis
nimis oc-
cupare.

B.
Iuannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

humilitate, & timore repudiandis rebus istis, nulla imperfectio, nullaque proprietas reperitur, imò potius libertas, & vacuitas, quæ sunt optimæ ad vniõnem cum Deo dispositiones.

Inanis est labor, quo fatigantur multi, in discernendis veris à falsis visionibus.

Secunda causa est, vt periculum & laborem euadant, qui in dignoscendis malis visionibus à bonis reperitur; & in discernendo inter Angelum lucis, & tenebræum: quâ in re nulla est vtilitas, sed solum temporis iactura, rebusque huiusmodi præpeditur, & implicatur Anima; occasionibusque multarum imperfectionum exponitur: & à progressu vltiori retardatur, dum eam spirituales Magistri nõ collocant in eo quod ad rem facit, expediendo, & euacuando illam ab apprehensionum, & intelligentiarum particularium minutijs, sicut dictum est de visionibus

Quinquã Deus quæcum in se est, per formas & figuras spirituum suis communi-carer. Anima, nisi se moica, ipsius capacitati accommodare vellet.

Es. 47. 17

& imaginarijs, de quibus iam agimus, pluraque postmodum dicentur. Quâ in re fidem mihi adhiberi vellem, quod nisi Dominus naturali animæ capacitati sese accommodans, eam secundum eius modum ad se ducere vellet (vt diximus) minimè quantum est ex sua parte, illi spiritus sui copiam per aqueductus ad eò arctos, ac sunt formæ, figuræ, & particulares intelligentiæ, quibus medijs eam veluti, quibusdam micis pascit & nutrit, communicaret, Et propterea dixit Dauid. *Mittit cristallum suam* (id est, sapientiam animabus) *sicut buccellus.* Quod profecto cõmiseratione, ac dolore dignum est: quod cum Anima capacitare quasi infinita pollear, pascatur, nutriaturque sensus buccellis, ob exiguum ipsius Spiritum, & indispõsitionem & inhabilitatem sensualem. Quamobrem etiam S. Paulus non mediocriter affligebatur exigua hâc dispositione, & capacitare ad spiritum recipiendum, cum diceret. *Es ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus:*

1. Cor. 3. 2.

Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi: non escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis.

Reliquum itaque nunc est, vt illud respectum exploratumque sit, Animam nullo modo debere metatis suæ oculos conuertere & defigere in cortice illo figurarum ac obiectorum, quæ illi intuenda supernaturaliter sensuum exteriorum ministerio obijciuntur, vt sunt cum locutiones, ac verba insusurratim auribus, vel Sanctorum Visiones ac splendores formæssimi offeruntur oculis, odores naribus, sapores suauitatesque palato, aliæque voluptates tactu, quæ ex spiritu promanate cõluentur. Sed neque oculi conijciendi sunt, in quæscunque interioris sensus visiones, cuiusmodi sunt Imaginariæ interiores; imò repudiatis ac abnegatis omnibus istis, solummodo collimandi sunt oculi, in medullam illam boni Spiritus, quem producent, omne adhibendo studium ad eum in bonorum operum exercitio consuetudum, ad praxim etiam reducendo omne illud, quod ad Dei obsequium spectat, idque purè ac nudè, & nullam habendo rationem representationum illarum, neque ad illas sese reflectendo; nullam denique sensibilem voluptatem ac gustum requirendo.

Atque isto modo, illud solum ex rebus istis elicitur, quod Deus vult, & per illas intendit; spiritus, videlicet, deuotionis: nõ enim aliam ob causam finemque primum illa impertitur: hac præterea ratione prætermittitur, ac respuitur illud, quod etiam prætermitteret ille, minimeque concederet, si bonum, quod intendit in Spiritu percipi, absque eo posset, scilicet absque exercitio & sensuum apprehensione.

CA.

CAPVT XVIII.

De damnis, quæ nonnulli Spirituális vite magistri, animabus inferre possunt, eò quòd non recta eas ratione methodoquæ in dictis Visionibus regant. Et præterea, quomodo illis, licet à Deo sint, falli, ac decipi possint.

Non valemus in hac Visionum materia ad eò breuitati studere, ac cupere mus, ob multa quæ de illis dicenda occurrunt. Quamobrem licet quòd ad rei substantiã de ijs, quæ huc spectabãt, & ex quibus Spirituális vir erudiri potuit, qualiter sese in dictis Visionibus gerere debeat, satis dictum est: Magistro quoque, qui eum docet præscriptus sit modus, quo eum in illis regere debeat; non videtur tamen superuacaneum futurum, si generalem doctrinam, ad magis singularem, & particularem redigamus; maioremque facere ad dignoscendum damnum, quod ex visionibus istis, licet eæ à Deo promanent, (si in credendis illis nimis sint faciles) tam Spirituálibus animabus, quàm earum magistris, nascitur, præferamus. Causa verò, quæ me ad hæc scribere nunc prosequenda permouit est, exigua discretio quàm ego (vt mihi videtur) animaduerti, in quibusdam Spirituálibus Magistris. Qui eò quod dictas apprehensiones supernaturales bonas esse, ac à Deo proficisci agnoscebant, nimium illis fidebant, seseque tutos, ac securos in ijs arbitantes, tã sibi ipsi quàm animabus, quibus gubernandis præerãt, plurimorù errorum causa fuerunt, & magnam tandem confusionem pudoremque incurrerunt, ac illud Christi Domini in illis impletum est. *Cæcus si cæcus ducatur præter, ambo in foueam cadunt.*

Non eos casuros dixit, sed iam cadere:

non enim necessarius est erroris manifesti lapsus, seu casus vt cadant: nam hoc solum, quod est velle & audere alium per hanc visionum viam ducere, iam error est: vnde saltem in istum labuntur, & cadunt: Et primo loco cadunt in errorem nonnulli, qui in animabus, quæ huiusmodi visiones habent, gubernandis, tali vtuntur modo, seu methodo; vt vel illas aberrare faciant, vel illis eas implicant, intricentque, vel non illas per humilitatis viam ducant; illisque vt magnas res faciant, ac oculos in illis detineant, indulgent: quod est in causa, ne puri, perfectique Spiritus fidei itinere gradientur: nec illes in fide fundant & roborant dum maximi illas res faciunt.

Quibus rebus tacitè illis significant ac persuadent magni se res illas pendere, & consequenter ipsi etiam illas magni pendunt: remanentque hoc modo Animæ in illis apprehensionibus constitutæ, nec in fide stabilis, nec ab illis rebus vacuæ, nudæ, & auulsæ, vt ad celsitudinem obsecræ fidei euolare valeant. Et hæc omnia ex illo de rebus istis Magistri tractandi, ac loquendi modo, quem in eo Anima conspicit, proficiscuntur. Nescio quippe qua ratione facillime adhæret & affricatur existimatio, & quædam satisfactio rerum illarum (nec contrarium in suã situm est potestate) quæ oculos à fidei abyssu, diuertit. Facilitatis verò huius causa fortassis est, quòd Anima plurimum rebus istis detineatur, & occupetur. Cum enim huiusmodi res, ad sensum pertineant, ad quem natura prona est, & præterea apprehensione rerum illarum distincta sit; satis est vt in suo Confessore, vel in aliã personã aliquam rerum illarum æstimationem, & ponderationem

K 2 ani-

NOTA.
Varij & graues Magistroum Spirituálum circa Visiones, errores.

Causi debent esse Magistri, ne verbis significant, magni se res istas facere si animabus nocere nolint.

Cur facile Anima magni pendas, Visiones istas imaginarius.

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

*Multa
nascuntur
imperfe-
ctiones ex
veris ista-
rum magni-
pensione.*

animaduertat; vt non solum anima illas magni faciat, sed vt auidius (quamuis hoc ipsa non animaduertat) suauiusque pascatur illis ac nutriatur appetitus, & amplius ad eas procliuus reddatur, vehemētiusque illas sibi attrahat. Hinc ad minus multæ nascuntur imperfectiones: non enim Anima iam a deo manet humilis, existimando illud aliquid esse seque aliquid boni habere, & à Deo se in precio haberi, sicque læta viuūt, & aliquantum de se ipsa satisfacta, quod contra humilitatem est. Confestim etiam Dæmon auget ista occulte, nec misera Anima hoc animaduertit, simul etiam illi inserit quandam opinionem, & æstimationem aliorum, si habent, vel non habent eiusmodi res, vel si sunt tales, vel non sunt: quæ omnia sanctæ simplicitati, ac solitudini spirituali, aduersantur: à quibus damnis, ideo quia in fide non proficiunt, nõ sunt liberi. Præterea, etiam si a deo palpabilia non incurrant damna, ac hic descriptissimus: incurrunt tamen quædam alia eiusdem generis, subtiliora, & Deo magis exosa; eo quod misera Anima, in nuditate non viuat. Verum ab istorum tractatione nunc superfedendum est, donec nobis de spiritali gula, aliisque sex vitijs agendum erit: quo loco, Deo propicio, adferentur multa de subtilibus, & delicatis huiusmodi maculis: quæ spiritui adhærescunt; eo quod nesciant, spirituales Magistri, eum in nuditate dirigere. Hoc loco duntaxat modum ac methodum, qua nonnulli magistri in animabus deducendis vtuntur, trademus, & quomodo non recte ea dirigantur ac gubernentur Animæ, ostendemus. Et profecto scire peroptarem hanc, quam optime dilucidare: sentio enim quam res hæc sit explicatu difficilis, declarare nempe, qua ratione discipuli Spiritus, secrete

occulteque conformis Magistri sui spiritui reddatur: videtur enim non posse commode explicari vnum, nisi explicetur pariter, & alterum. Cum enim res hæc spirituales sint, mutuo sese respiciunt, & sibi consentiunt.

Videtur mihi (nec aliter res se habet) quod si spiritualis vitæ Pater ad reuelationum spiritum ita fuerit procliuus, vt illas magni pendat, in illisque complacentiam, & satisfactionem sentiat; non poterit (licet hoc ille minime aduertat) non imprimere spiritui discipuli, illam ipsam earum satisfactionem, & existimationem, nisi forte discipulus maiori quam ille perfectione polleat: & quamuis polleat, si sub eius spiritali cura diutius perstiterit, insigne poterit illi adferre detrimentum. Ex illa namque pronitate, & gustu, quo spiritualis Pater, ad huiusmodi visiones fertur, gignitur in eo quidam æstimationis modus: qui nisi summo studio occultetur, non potest aliqua sui indicia sentimenta; alteri personæ non patefacere: quod si alia persona, eundem pronitatis ad reuelationes spirituum sortita sit, non poterit meo iudicio non communicari vtinque magna apprehensio ac istarum rerum æstimatio.

Verum non agamus hac de re cum tanto rigore, nec adeo subtile texamus filum, sed loquamur in casu, quod confessarius (siue ad reuelationum spiritum sit pronus siue non) minime ea præditus est prudentia & circumspectione, quæ ad extricandam animam, denudandamque, ab istis rebus discipuli sui appetitum, necessaria est: quin potius de hisce rebus cum eo sermone libenter miscet, & præcipuam conferentiam spiritus partem (sicut diximus) in visionibus constituit, præbendo illi indicia, quibus visiones bonas à malis dignoscat. Licet enim hæc nosse bonum sit, non est tamē cur

anima

anima labori huic, sollicitudini, & periculo exponatur: nisi forte in aliquo raro euentu, & inuitabili necessitate, vt dictum est: cum per exiguam istarum rerum estimationem illarumq; abnegationem, euadantur, & euentur vniuersa hæc, fiatque in hoc casu, quod fieri debet. Nec hic negotiū istud sistit, verum etiā ipsimet spirituales Patres quando animaduertunt dictas Animas huiusmodi Diuinis donis insignitate esse, exigunt ab eis vt petant reuelari sibi à Deo tales, vel tales res, ad se ipsos, vel ad alios spectantes: simpliciterq; animæ illis obediunt, arbitrantés licitum esse ea velle, hac via seu modo cognoscere.

Existimât enim quod quoniā vult Deus reuelare aliquid, aut supernaturaliter dicere, sicut ipse vult, aut ob quem illi finem placet, licet ac permixtum esse velle, vt nobis aliqua reuelet, in dō hoc ipsum ab eo precibus flagitare. Quod si cōtingat vt ad illorū preces illud reuelat Deus, sumunt animam, maioriq; cum securitate id ipsum in alijs occasionibus faciunt: & arbitrantur Deo istū cum illo agendi modū esse gratum, cū tamen reuera nequaquā illi sit acceptus, nec eum hoc modo agi velit. Cū autem ipsi illi cum Deo agendi & conuersandi modo nimis afficiantur, vehemēter illis imprimitur, & voluntas naturaliter illi adhæret, & assentitur: cum enim naturaliter modus iste gratus illis sit, naturaliter etiam sese huic modo intelligēdi accommodant, & in illis rebus, quas ex reuelatione asserunt, multoties errant, & decipiuntur; deprehenduntque non illis res sicuti ex reuelatione intellexerant succedere; vnde & mirantur; ac suboriuntur confestim illis dubia, an à Deo fuerint, an verò minimè, cum non eo, quo arbitrabantur modo, eas euenire animaduertant. Persuaserant prius sibi ipsi, duo hæc. Primo reuelationes illas

à Deo processisse, siquidem tantopere ipsis imprimerentur, & infedissent: & tamen prouenire hoc potuit ex naturæ ad reuelationes propensione, quæ imprefionem seu adhesionem illam efficiebat, vt diximus. Secundo existimabant, quod quoniam à Deo promanassent; debuissent eo succedere, & adimpleri modo, quo ipsi cogitarant. Qua in re magna latet deceptio; reuelationes quippe & locutiones Diuinæ non semper eo succedunt modo, quo homines illas intelligunt, nec prout ipsæ in se sonant. Vnde nequaquam illis securè fidendum est, nec adhibenda omnino fides; etiamsi constet Dei esse reuelationes, dicta, siue responsa. Licet enim ipsæ secundum se, & in se certæ sint, & veræ, non semper necesse est vt huiusmodi sint secundum nostrum intelligendi modum. Quam rem sequenti capite comprobabimus. Dicemus etiam postmodū, quod quamuis aliquando supernaturaliter respondeat Deus ijs, quæ ab eo requiruntur; non tamen hoc gratum illi est: & quomodo interdum licet respondeat, id ægrè, molesteque fert.

Reuelationes locutionesque Dei, non semper eo eueniunt modo, quo homines illas intelligunt.

CAPVT XIX.

In quo declaratur & comprobatur, quod licet visiones ac loquutiones à Deo provenientes, in se ipsi vera sint, possumus tamen ijs decipi.

Ostenditur hoc aliquibus sacra Scripturae auctoritatibus.

DVas ob causas, superius diximus, Visiones ac loquutiones Dei, quamuis semper in se veræ certæque sint, non semper tamen huiusmodi esse, nostro intelligendi modo. Prima est ob nostri illas intelligendi modi defectum, & imperfectiōnem. Altera, ob illas quibus nituntur causas, seu fundamenta, cum sæpe sint

Reuelationes Diuina licet in se vera, non semper tamen huiusmodi sunt nostro intelligendi modo.

K 3 com-

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

Primo propter imperfectione non nisi eas intelligendi modi.

Secundo, quia comminatoria interdum sunt & conditionata.

Solet profundissimus

DEVS in suis locutionibus, alios in mente habere conceptus plurimum ab illo sensu in quo à nobis accipi solent, differant.

Gen. 15. 7. 8.

comminatoriæ, & veluti conditionatæ: verbi gratia, si res hæc non fuerit correctæ, vel si illud fiet, licet termini, seu loquutionis verba, vt sonant, absoluta sint, & sine conditione: vtræque hæc aliquibus diuinarum literarum autoritatibus confirmabimus.

Quantum ad primum attinet, manifestum est non semper eas esse, nec semper succedere, sicuti nostro intelligendi modo, earum verba sonant. Huius rei est ratio, quia cum DEVS immensus sit, & profundissimus, solet in suis Prophetijs, Locutionibus & reuelationibus, habere in mente alios conceptus intelligentiasque, plurimum ab illo sensu, in quo vulgo à nobis accipi solent, discrepantes: cum tamen ipsæ tanto sint in se veriores, ac certiores, quanto minus nobis huiusmodi esse apparent. Quod in Sacris literis passim videre est, vbi pluribus antiquis hominibus, multæ Prophetiæ Dei que loquutiones, nequaquam eo eveniebant modo, quo ipsi sperabant, eò quod aliter illas, suoque intelligerent modo, & secundum sensum nimis literalem. Quæ res ex sequentibus autoritatibus manifestè apparebit.

In libro Geneseos dixit Deus Abraham, postquam illum in Chananzorum regionem perduxisset, *Terram hanc tibi dabo*: cum autem idem pluries repetisset, & Abraham iam consensisset, nec tamen vnquam regionem illam ei cõtulisset; cū DEVS iterum id ipsum illi dixisset: respondit Abraham, quo iudicio, agnoscam ego, eam à me possidendam? Tuncque primum reuelauit illi DEVS, non ipsum in persona sua, sed eius filios, post quadringentos annos, eam esse possessuros. Ex quibus verbis, Abraham perfecte & integrè promissionem illam diuinam intellexit; quæ in se ipsa verissima erat: dando quippe DEVS terram illam eius filijs, ipsius amore & intuitu,

perinde erat, ac si ipsimet eam contulisset. Et sic Abraham, secundum suum intelligendi modum fuit deceptus. Quare si ipse tunc aliquid secundum suum illam prophetiam intelligendi modum, egisset, aut fuisset operatus, plurimum aberrare potuisset: cum nondum esset illud tempus, quo adimpleri debebat, & qui eum, non possessa terra, quam ei à Deo dandam, & ei promissam audisset, mortem oppetere conspexissent; dubio procul rubore suffusi, eam falsam credidissent.

Iacobo postmodum eius nepoti quem Ioseph filius suus, in Ægyptum ob Cananiticis famem euocauerat) cum in itinere esset, apparuit DEVS, dixitque noli timere Iacob: *Ego descendam tecum illuc: & ego inde adducam te reuertentem.* Quod tamen minimè ita euenit, sicut nostro intelligendi modo, verba ista significant, nemini dubium est, sanctum senem Iacob in Ægypto extremum clausisse diem, nec inde viuum recessisse: huius rei causa erat, quia diuinum illud promissum, in suis erat filijs adimplendum, quos post multos annos inde eruit, ipsemet eos in itinere deducens, Ex quo clarè patet, quod quicumque promissionis huius Dei factæ Iacob conscius fuisset, potuisset veluti certissimam rem credere, quod quemadmodum Iacob ex Dei mandato, & fauore Ægyptum viuens fuerat ingressus; eodem modo, infallibiliter viuum inde egressurum, cum idem fuerit promissionis modus & forma, qua ei egressionem adiutoriumque suum fuerat pollicitus: falleretur tamen, & obstupesceret, cernens illum in Ægypto emori, nec promissionem diuinam, vt sperabatur adimpletam. Atque ita cum diuinum promissum in se fuerit verissimum, multi tamen circa eius intelligentiam, decipi, fallique potuissent.

In

In libro quoque Iudicum legimus, quod cum vniuersæ Israeliticæ tribus in unum conuenissent, ut tribum Benjamin debellarent, quoddamque crimen ab eius tribus hominibus, perpetratum, seuerè punirent; eò quod illis Deus belli duce designasset, tam erant de victoriâ certi, ut postquam fuissent in prælio superati, & viginti duo eorum millia cæta; vehementer obstupuerint: & in Dei præsentia constituti, amaras totâ illâ die lachrymas fuderint, eò quod illius cædis causam ignorarent, victoriâque à suis staturam partibus, omninò sibi persuasissent. Cumque interrogassent Deum, an iterum essent pugnaturi nec ne? Respondit, pugnarent omnino. Qui cum iam vice illa lecuri, certique essent de victoriâ; magno cum impetu ac ferocitate hostes aggressi sunt, fueruntque secundo victi, decem & octo millibus suorum amissis, vnde summâ sunt verecundia confusioneque plane obruti, nesciendo quid amplius facere debuissent, cum viderent quòd ex Dei mandato in eundo prælium, temper tamen victi ac superati recederet, præsertim cum aduersarios suos tantopere, & numero & viribus excederent: illorum enim, qui de tribu Benjamin erant, non erant amplius quam viginti quinque millia & 700 viri, ipsorum vero quadringenta millia: Atque hoc modo secundum suum intelligendi modum decipiebantur, cum dicta Diuina nihil falsitatis & deceptionis contineret: non enim ipse illos victoria posituros dixerat, sed solummodo ut præliarentur in mandatis dederat: istis enim eladibus voluit Deus, quâdam eorum incuriam ac præsumptione in quâ incurrerat punire, hocque modo ipsos humiliare. At quâdo ad vltimum dixit eos victoriâ consecuturos, non aliter euenit, ingenti enim animo prælium ingressi, victoriâ

retulerunt. Hoc itaque modo: alijsque multis decipi soler animæ circa reuelationes & locutiones Diuinas, eò quod illarum intelligentiam secundum litteram & corticem, accipiant. Nam (sicuti iam declaratum est) principalis finis seu intentio Dei in huiusmodi rebus est, verbis exprimere, ac impertiri illis spiritum ibi latentem, & inclusum, qui difficulter intelligi potest. Qui spiritus multo copiosior est litteræ cortice, valdeque præordinarius, & litteræ metas excedens. Atque ita qui sese locutionis Diuinæ verbis, vel formæ, vel figuræ apprehensibili visionis alligauerit, non poterit non in graues labi errores, & non mediocriter postmodum erubescendum illi erit, eò quod in illis secundum sensum sese gubernarit, nec spiritui locum in nuditate sensus præbuerit. Ut enim dicit Sanctus Paulus, *Littera occidit, spiritus autem viuificat.* Quam ob causam in hoc euentu, respui & repudiari debet literalis sensus, & in fidei obscuritate permanendo, quæ est spiritus, qui à sensu comprehendere nequit. Quam ob causam plures filiorum Israel, quia Prophetarum dicta & oracula nimis ad litteram accipiebant, intelligebantque non illis ut ipsi sperabant, succedebant; vnde & parui illas faciebant, neque illis amplius fidem adhibebant, adeo ut inter eos velati publicum quoddam prouerbium inoleuisset, quo deridebant & aspernabatur Prophetas. Quâ de re conqueritur Isaias, huiusmodi prouerbium recensendo istis verbis: *Quem docebis scientiam? & quem intelligere faciet auditum? id est, quem faciet percipere prophetias, & verba sua? ablatos à latere, auulsos ab vberibus: Quia (hoc est, omnes de prophetijs dicunt) manda remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.*

Præcipua
Dei inten-
tio in vi-
sionibus &
Reuelationibus
conferen-
dis est, spi-
ritum in
illis laten-
tem signi-
ficare &
tribuere.

2. Cor. 3. 6

NOTA.
Respui de-
bet litera-
lis Reuelationis
sensu, & in
Fidei ob-
scuritate
ambulandum,
si accipi noli-
mus.

Isa. 28. 9

B.

Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVT

124

istum. Quo loco manifeste Isaias declarat, solitos eos fuisse deridere Prophetias, dicereque per sarcasum, prouerbiū istud, expecta, reexpecta, significando nunquam Prophetias adimpleri; eo quod ipsi alligati essent literæ, quæ est lac paruulorū: ac sensui suo adhererent, qui est uetus uera, quæ magnitudini scientiæ spiritus, repugnant, & contradicunt, ob hoc dicit; Quem nam æterna sapiētia suas prophetias edocebit? et cui doctrinæ suæ, propalabit intelligentiam? Certè solummodo, ab lactatis à corticis literæ lacte, & ab uerbis sensuum suorum auulsis. Idcirco itaque huiusmodi homines minimè prophetias capiunt, quia hoc corticis, ac literæ lac auidè consecretantur, & istis sensuum suorum uerbis inhaerent, unde & dicunt: *manda, remanda, expecta, reexpecta, &c.* Doctrinam quippe oris Dei, & non doctrinam oris ipsorum, aliaque longe diuersa lingua, ab eorū lingua, loquetur illis Dominus.

Quinam sint Reuelationum Diuinarū capaces.

Non debet in Prophetiis locutionibusque diuinis, non per sensus loquendi, modus considerari, si errare nolimus.

1er. 4. 10.

Quamobrem non debet considerari in Prophetiis locutionibusque diuinis, noster sensus aut noster loquendi modus, cum certum sit, longe diuersam esse, Dei linguam secundum spiritum, à sensu nostro, multumque eam difficilem, & à nostro intelligendi modo plurimum differentem. Idque tantopere, ut Hieremias licet esset Dei Propheta, considerando diuinarum locutionum conceptus, & sensus tantopere à communi hominum sensu discrepantes, uideretur quodammodo in illis hallucinari, & ueluti Israelitici populi partes agens ad Dominum dixit. *Heu, heu, Domine Deus, ergone decepsisti populum istum, & Hierusalem dicens, Pax erit uobis: Ecce peruenit gladius usque ad animam?* Potro pax, quam pollicebatur Deus, erat illa, quæ inter ipsum, humanumque genus Messiae interuentu, quem illis missa-

rus erat, concilianda fuerat; ipsi autem diuina promissa, de temporanea pace intelligebant: & propterea quoties bella ac tribulationes imminabant, arbitrabantur se à Deo decipi, siquidem contraria ijs, quæ expectabant, & sperabant ipsi eueniebant, unde & conqueiebantur, ut etiam ait Hieremias. Expectauimus pacem dicebant, & nullum pacis bonum apparet. Atque ita impossibile erat ipsos non decipi, cum soli litterali sensui inhaerendo, secundum eum, suas actiones moderarentur. Quis enim obsecro mentis confusionem non incurreret, quis non aberrabit, si sensui litterali tenaciter inhaerere uoluerit in Prophetia illa, quam Dauid de Christo Domino in toto septuagesimo 1. Psal. protulit & præsertim ubi ait: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Et alio loco, ubi dicit: *Liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor?* Si uideat & consideret illum humiliter natum, in paupertate summa uiuentem, & miserime morientem, & non solum dum uiuere uisisset terræ non dominantem: sed etiam uilissimis hominibus se subicientem, donec sub Pontij Pilati potestate moreretur? Et quod non solum discipulos suos pauperes, de manu potentium temporaliter non liberauerit, sed etiam illos propternomen suum persecutionem pati, occidique permiserit? Qui error confusioque idcirco fuisse secuta, quia istæ Prophetiæ de Christo spiritualiter accipi & intelligi debebant, secundum quem sensum erant uerissimæ. Christus enim non solum totius terræ Dominus erat, sed etiam cæli; siquidem erat Deus; pauperes uero, qui illum secuturi erant, non solum debebat redimere & liberare ex Dæmonis potestate, qui erat ille Potens, sed etiam eos Regni cælorum hæredes debebat efficere. Quare lo-

quebatur Deus in hoc Psalmo secundum id, quod præcipuum erat in Christo, & sequacibus eius, videlicet de regno æterno, libertate æternâ: ipsi verò secundum suum intelligendi modum de eo, quod in Christo minus erat præcipuum, quodque Deus parvi facit, intelligebant, de dominatione videlicet temporali, & deliberrate temporali, quod coram Deo nec regnum est, nec libertas. Quamobrem illi vitare litteræ excæcati, nec spiritum, & veritatem eius intelligentes, Deo suo & Domino vitam abstulerunt, sicut S. Paulus his verbis expressit. *Qui enim habitabant Hierusalem, & Principes eius idunc ignorant, & voces Prophetarum, quæ per omne sædulum loquuntur, iudicantes impleverunt.* Et eo usq; hæc difficultas diuina eloquia intelligendi, sicut congruebat, peruenit, vt ipsimet eius discipuli, qui cum eo fuerant conuersati, fuerint decepti: huiusmodi erant illi duo, qui post eius mortem ad Castellum Emmaus inuesti, & diffisi, pergebant dicentes: *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.* Intelligendo etiam ipsi, de hac redemptione, & tẽporali dominio accipi debere, Quibus apprensus Christus eos veluti insipientes, duosque corde ad credendum ea, quæ Prophetæ edixerant, reprehendit. Immo illo ipso tempore, quo celos erat ascensurus, ad eò aliqui erant tudes, vt ex eo percunãtarentur: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel.* Multa spiritus sanctus proferre facit, quæ ille in alio sensu lõe ab eo, quem homines intelligunt diuerso accipere solet, quemadmodum videre licet in eo, quod dici voluit à Caipha de Christo: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: hoc autem non dixit à semetipso: ille quidem qui hæc proferebat, vno ea intelligebat sine: Spiritus verò sanctus alio plurimum ab eo distans.*

Ex quibus euidenter constat, quod etiã si locutiones, reuelationesque à Deo proficiscantur, non possumus illis tuto & secure confidere; quia facillimè in nostro illas intelligendi modo falli, ac decipi possumus. Diuina siquidem effata, abyssus sunt, & spiritus profunditas: & velle illa ad ea, quæ de ipsis capimus, sensusque noster percipere valet, coartare, & veluti limitibus circumscribere idem est, ac velle aërem & atomum, qui sese obijcit, manu constringere, aër enim euanciscit, & manus remanet inanis.

Quamobrem spiritualis Magister conari, & laborare debet, ne discipuli sui spiritus in magnificandis, quibuscumq; supernaturalibus apprehensionibus coartetur, quæ nihil sunt aliud, quam quidam atomi, seu minutia spiritus, quibus solis si intèdere ac studere voluerit, ab omni spiritu inanis remanebit. Quare remouendo eum ab omnibus visionibus & locutionibus; doceat illũ, qua ratione manere debeat in libertate ac fidei tenebra, in qua spiritus copia, & consequenter sapientia ac propria diuinarum locutionum intelligentia suscipiuntur. Impossibile quippe est, vt homo nisi spiritualis sit, de rebus diuinis iudicium ferre possit, imò nec eas mediocriter intelligere: tunc verò homo non est spiritualis, quando de illis secundum sensum litteralem decernit & iudicat. Atque ita licet illæ, sensu illo obtectæ obijciantur, minimè illas intelligit, quem admodum docuit S. Paulus: *Animalis homo, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest illas intelligere: quia spirituales sunt; Spiritu autem inuiscat omnia. Animalis homo hoc loco intelligitur ille, qui solo verborũ vitur sensu: spiritualis verò, qui nequaquam se illi alligat, nec secundum eum regitur. Vnde temerarium est præsumere cum Deo medijs super-*

Qualiter spiritualis Magister sese gerere debeat cũ anima supernaturales apprehensiones habet

1. Cor. 2.

Temerarium est

B.

Ioannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

valle cum
Deo medijs
superna-
libus
apprehen-
sionibus a-
gere.

supernaturalibus apprehensionibus agere, data, concessaq; ad hoc sensui facultate.

Quæ res vt liquidius constet, placet eâ aliquot exemplis hoc loco dilucidare.

Supponamus, aliquam personam sanctitate insignē afflictione vehementi premi, eò quod ab inimicis suis persecutionē patiat, Deumq; illi respondere. *Ego te ab omnibus illis liberabo.* Prophetia hæc verissima esse potest, & nihilominus inimici eius præualeant, eumq; interficiant, vnde, qui illam temporaliter intellexisset, illusus deceptusq; remāsisset, potuit enim Deus de verâ præcipuaq; libertate ac victoriâ, quæ est salus æterna, fuisse loquutus: per quam anima libera remanet, ac hostiū omnium debellatrix, multo verius & sublimius quâ si præsentis vitæ tempore, ab eis fuisset liberata. Vnde Prophetia hæc multo verior & copiosior esset, quâ potuisset homo intellectu capere, si eam in præsentis vita adimplendam cogitasset, semper enim Deus verbis suis magis præcipuum, magisq; vtilem sensum intendit ac significat: homo verò potest illa suo modo, ac ad suū propositum de minus præcipuo sensu intelligere, hæc q; modo falli. Quem ad modum in illa Davidis de Christo prophetiâ videmus, vbi dicitur: *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos:* Quo loco loquitur Deus de principali perfecta que dominatione, quæ sempiterna est, quæ etiam prophetia iam est adimpleta: non verò de minus principali, quæ est temporanea, quæ in vniuersa Christi mortali vita, minimè effectum sortita est.

Idem alio exemplo declaramus. Flagrat aliqua anima ardenti martyrij desiderio. Respondet reuelatq; Deus, *Tu martyriū subibis:* ac confert illi simul interius gaudium, & spem: ita omnino futurum, & nihilominus iste absque martyrio mortali vita excedet: promissio tamen diuina vera

fuit. Quare ergo haudquam ita adimpleta est? Eo quod secundum principalem ac essentialem sui partem adimplenda sit: dabitur enim illi charitas, præmiūque essentialē martyris, ac efficietur martyris amoris, imò & prolixum patietur variatū afflictionum martyriū, quarum diuturnitas morte ipsa grauior erit, & molestior: hocque modo confertur in tei veritate animæ, quod ipsa tantopere, optabat, & quod ei fuerat promissum. Id enim, quod in illo desiderio magis præcipuum erat, non erat illud mortis genus: sed voluntas præstandi Deo illud martyrij obsequium, & martyris erga illum amorem exercēdi. Illud quippe mortis genus, nullius ex se valoris est absque amicitia diuina: amorem autem hunc & eius exercitium martyrisque præmiū perfectè Dominus animæ alijs medijs conferre potest. Taliter vt quamuis martyris instar mortem non oppetat, valdè tamen iucunda & satisfacta remanet anima, se ea, quæ optauerat, obtinuisse. Huiusmodi quippe desideria & id genus alia, quando ex viuo oriuntur amore, licet non illo adimpleantur modo, quo illa sibi imaginantur ac intelligunt animæ: adimplentur tamen alio multoque præstantiori modo, maiorique cum Dei honore, quam ipsæ postulare seuisissent: vnde dicit David. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus:* In Proverbijs quoque diuina dicit sapientia. *Desiderium suum iustis dabitur.* Ex his itaque animaduertere licet, multos sanctos plura in particulari propter Deum desiderasse, nec tamen in hac vita eorum satisfactum fuisse optatis: nullo tamen licet ambigere modo, quod cum hæc desideria, & iusta fuerint, & vera, perfectissime illis in alia vita satisfactū fuisse, quod cum reuera ita sit, verissimum etiam erat Dei in hac vita illis factum promissum dicentis: desiderio ve-

Ps. 9.

Ps. 9. 17.

Pro. 10. 24.

sto factis fiet, licet hoc non illo fuerit modo, quo ipsi arbitrabantur.

Ita itaq; multisque alijs præterea modis, locutiones & visiones diuinæ possunt esse: vera & certæ: & nos nihilo secius illis possimus decipi, eo quod excelsa præcipuaq; proposita, & sublimes, quos in illis Deus intendit sensus, haudquaquã intelligere capereq; noscimus. Quamobrem sapiens & securum consilium est, ut spirituales magistri prudenter studeant animas ab huiusmodi supernaturalibus rebus abducere, assuefaciendo illas, sicuti diximus, puritati spiritus in fide obscura, quæ est medium vnionis consequendæ.

CAPVT XX.

In quo sacrarum litterarum testimonijs comprobatur, dicta verbaque diuina, licet semper sint vera, non tamen semper esse in proprijs suis causis certa, & infallibilia.

Operæ pretium erit secundã nunc stabilire causam, ob quam visiones & verba diuina, quãuis in se semper sint vera, non tamen semper quantum ad nos spectat, sint certa. Hoc autem fit propter causas & motiua, quibus illæ veluti fundamento nituntur: quare euentura omninõ adimplendaque credi debent, quãdiu perseuerauerit illud, quod Deum mouet (verbi gratia) ad puniendum. Vt si dixisset Deus: post anni vnus decursum, huiusmodi plaga Regnum hoc feriam: causa porro, & fundamentum comminationis huius, est peccatum quoddam, quod in regno illo contra Deum patrat. Quod si peccatum illud interim intermitteretur, aut certè variaretur, posset etiã eius puniatio prætermitti, aut variari: comminatio tamẽ vera fuit, actuali enim culpæ innitebatur, quæ nisi fuisset inter-

missa, dubio procul cõminatio suã fuisset sortita effectum: & istæ sunt minæ, vel reuelationes comminatoriæ, vel conditionatæ. Huiusmodi rem in vrbe Niniue euenisse legimus, vbi iussit Deus Ionæ Prophetæ, vt cõminationem istam nomine suo denunciaret: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Quæ tamen comminatio minimè fuit executioni data, cessauit enim eius causa, peccata nẽpe, succedente confestim ipsorum pœnitentiã, quam nisi egissent, dubio procul periissent. Legimus similiter in libro tertio Regum, quod cũ Rex Achab scelus quoddam ingens admisisset, comminatus est Deus graue supplicium (nunciante illi rem hanc Sancto Patre nostro Elia) tam ipsimet, quam eius domui, ac vniuerso regno: & quia Achab vehementi dolore stimulatus, scidit vestimenta sua, cilicioque se induit, ieiunauit, substrato sacco somnum cepit, humiliatus denique mœstusque incessit; confestim per eundem Prophetam iussit illi hæc verba annunciari. *Quia humiliatus est mei causa Achab, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui suæ.* Quo loco animaduertere licet, quod quia Achab conuersus, & mutatus fuit, comminatio quoque & sententia diuina desijt. Ex quibus ad nostrum propositum conijcere possumus, quod licet Deus alicui animæ reuelauerit vel assertiuè dixerit, quamcunque tandem rem bonam, siue malam ad ipsammet animam, vel etiam ad alias spectantem: poterit hoc plus vel minus variari, vel omninõ auferri iuxta mutationem, seu variationem affectus illius animæ, vel causæ, ad quam collimabat & respiciebat Deus: hocque modo poterit non adimpleri sicuti sperabatur, & multoties nemo rei huius causã, præter ipsum Deũ agnoscat. Multa enim Deus dicere, docere, & polliceri solet,

L 2 non

B.

Ioannis
de CruceOpera
Mystica

NVI

124

3. Reg 21
19. & 28.

non vt pro illo intelligantur tempore, aut
 earū possessio capiatur: sed vt sequentibus
 annis intelligantur, quādo nimirum illo-
 rum lacem, ac notitiā habere oportebit,
 vel quando illorum effectus iam subsequi
 debet, sicuti Christum Dominū cum suis
 fecisse discipulis animaduertimus, quibus
 plures parabolās, sententiasq; proferebat
 quarum mysteria, ac in illis absconditam
 sapientiam, haud intellexerunt, donec tē-
 pus prædicandi hanc sapientiā affulsisset;
 quod fuit quādo super illos venit Spiritus
 sanctus, quem ipse Dominus prædixerat,
 manifestaturum illis vniuersa, quæ vitæ
 suæ tempore illis disseruerat. Loquēs etiā
 S. Iohannes de illo Christi Hierosolymam
 ingressū ait: *Hæc non cognouerunt discipuli eius
 primum, sed quando glorificatus est. Iesus tunc re-
 cordati sunt, quia hæc erant scripta de eo.* Atque
 ita multæ res, particulares admodum, &
 singulares, diuinitus geri possunt, ac fieri
 in anima, quas nec illa, nec qui illam regit,
 nisi suo tempore intelligant. In libro quo-
 quo Regum legimus, quod iratus Deus
 Heli, sacerdoti Israelitico ob filiorū ipsius
 peccata, quæ non puniebat; inter alia ver-
 ba, quæ illi per Samuelem dici fecit, erant
 etiā sapientia: *Loquēs locutus sum vt domus
 tua, & domus Patris tui ministraret in conspectu
 meo vsque in sempiternum, nunc autem absit hoc
 à me, sed quicumque honori auerit me glorificabo
 eum.* Cum enim officium hoc sacerdotale
 in danda Deo gloria, & honore fundare-
 tur; & propter istum finem pollicitus fue-
 rit Deus sacerdotium Patri suo vsque in
 sempiternum, si ille debito suo satisfecif-
 set; cum autē diuini honoris zelus in HE-
 LI defecisset, quia (vt ipsemet Deus con-
 questus fuerat) magis filios suos, quam
 Deum honorabat, dissimulando illorum
 peccata nec eos ignominia notaret: defecit
 etiā eius promissio, quæ futura erat æter-
 na, si perpetuus fuisset quoq; illorū zelus

recteque ac legitime Deo fuissent famu-
 lati. Quapropter nō est cur existimemus,
 quod quia diuina effata ac reuelationes in
 se veræ sint; infallibiliter ita euenire de-
 beant, sicuti ipsa verba sonant: præsertim
 quando Deo ipso sic disponente, causis
 humanis, quæ mutari, variari, aliterarique
 possunt, sunt annexæ. Quando autē hoc
 ita sit; Deus ipse nouit, non enim semper
 rem hanc reuelat: sed profert sententiam,
 vel reuelationem exhibet, & conditionem
 interdum silentio præmit: quem admodū
 contigit Niniuitis, quibus absolute ac de-
 terminatē prædixit, eos interituros elapsis
 diebus quadraginta. Aliquando verò etiā
 conditionem aperit, sicut fecit Roboam
 dicens: *Si ambulaueris in vijs meis custodiens
 mandata mea, & præcepta mea, sicut fecit Dauid
 seruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum
 stabilem, quomodo ædificauit Dauid domum, &c.*
 Verū siue Deus conditionem manife-
 stauerit, siue non; non possumus tunc, secu-
 riterque omnino esse de illarum intelligen-
 tia; nulla quippe ratione veritates diuinas,
 occultas ac multitudinem sensuū, qui in
 effatis, verbisq; ipsius continentur, com-
 prehendere possumus. Manet ipse super
 cælos, loquiturque in via æternitatis, nos
 verò obcæcati serpiamus reptamulq; super
 terrā, nec arcana eius attingere valeamus.
 Et propterea sapientem dixisse arbitror:
*Deus in cælo & tu super terram, idcirco sunt pau-
 ci sermones tui.* Sed dices fortasse: si diuina
 dicta & reuelationes capere, & intelligere
 minimè debemus, neque nos huic rei im-
 miscere, cur nobis Deus ista communicari
 iam superius dixi quamcumque rem suo
 tempore esse intelligendam, idq; eo ordi-
 ne, quo disposuerit, qui dixit, ille autem
 intelliget, quem ipse intelligere decreuit;
 ita fieri & non aliter debuisse; nihil quippe
 absq; causa, & veritate efficit Deus. Prop-
 terca-

30. 14. 16.

30. 12. 16.

2. Reg. 1.
30. Et 32.

Ioh. 1. 1.
3. Reg. 11.
38.

Arcana
Dei intel-
lectu diffi-
cilia.

Si in reue-
lationibus
diuini dis-
cipuli non
tempore &
ordine fu-
rurati in-
telligere
debemus,
quo Deum
ipse dispo-
suit.

cetera firmiter credatur, neminē comprehendere posse, nec assequi intellectu plenitudine, & amplitudinem dictorum, & rerum diuinarum; nec determinate iudiciū ferre, de illo, quod prima fronte videtur, abiq; euidenti grauius errandi, magnæq; confusions periculo. Probè rem hanc exploratam habebant Propheta, quibus diuini verbi prædicatio concredita fuit, quibus molestum & graue videbatur, annunciare reuelationes & prophetias populo: nam sicuti diximus, multa ex illis quæ prophetabant, nequæq; eo ad literam euenire modo cernebant, quo populo futurū prædixerant; quod in causa erat, vt grauius ab eo contemnerentur ac irriderentur: ita vt dixerit Ierem. *Factus sum in derisum tota die, oēs subsannant me. Quia iam olim loquor vociferans iniquitatē, & vastitatē clamis: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. Et dixi, non recordabor eius, neq; loquar vltra in nomine illius. Quæ verba quamuis Propheta sanctus cū resignatione, & personam hominis infirmi vias & secreta Dei sustinere non valentis præferens, protulerit; egregiè tamen ijs expressit discrimen inter adimplerionē dictorum Dei, & inter eōmunem & vulgarem litteræ sonum, æsensum: siquidē prophetas diuinos veluti illusores deridebant & æstimabant scipismet propter prophetias tanta taliaq; sustinebant, vt dixerit idē Ieremias alio in loco. *Fermido, & laqueus, facta est nobis vaticinatio, & conuersio spiritus. Nullam præterea aliā ob causam Ionas aufugit, cum illum Dñs ad destructionem niniuæ prædicandā destinasset, nisi quia veritatē diuinorum eloquiorum minime caperet, nec eorum sensum perfecte assequeretur. Quare ne eum derideret, cum eius prædictio minime adimplerata fuisset, fugiebat, ne prophetare cōpelleretur, quā ob causam etiam totos quadraginta dies extra urbem præstolatus**

est, vt videret an prædictio diuina suū sortiretur effectum: cumq; haudquaquā res succederet, tantopere sese affixit, vt ad Deum dixerit. *Obsecro Domine nunquid non hoc est verbum meum cum adhuc essem in terra mea, propter hoc praecipuaui vt sugerem in iherusalem, &c. subitatusque sanctus Propheta, petijt à Deo vt eum ex hac vitā tolleret: Non est igitur cur miremur aliquas res, quas Deus animab. interdum loquitur & reuelat, non ita quomodo ipsæ illas intelligunt, succedere. Supposito. n. quod deus animæ promittat, vel hoc aut illud bonum siue malum, siue ad illā ipsam, siue ad aliā personam spectans representet: si illud alicui certo effectui vel obsequio, vel culpæ, quā anima illa vel alia persona tunc Deo faciunt vititur: & in illo affectu obsequio, &c. sicut diximus perseverauerit; dubio procul adimplebitur: non tamen propterea certum est, eo quo sonat modo adimplendum esse, siquidem perseverantia incerta est. Quare non est cur reuelationi huic fidamus, nec in eius nos intelligentiā fundemus, sed solummodo in fide.*

CAPVT XXI.

In quo demonstratur, quā ratione licet interdum Deus ad interrogata respondeat, minime tamen hic cum eo agendi modus illi placeat. Probatur etiam quod licet aliquando condescendat & responsum præbeat, pluries tamen ob id indignatur.

Spiritualium nonnulli vti diximus, nimium effecti securi nec curiositatē suā, cui aliquando seruiunt, dum aliquā supernaturali viā noscere conātur, sicut par esset animaduertentes, arbitrantur, quod quia interdum ad eorū preces instātes responderet Deus: illum esse præclarum secū agendi & tractandi modum, nec mediocriter illi gratum: cum tamē in rei veritate, quāuis eis respondeat Deus, haudquaquā tamē

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

NOTA. men ille cum eo agendi modus laude dignus sit, minimeq; ipsi Deo acceptus: imò potius illi displicet, neq; solummodo displicet, sed etiã multoties idcirco irascitur, & rem hanc fert ægerimè. Rei huius hæc ratio assignari potest, nam nullam creaturã eos limites; quos Deus ad ipsius gubernationem naturaliter præscripsit transilit de-
Cur Deus agere ferat quando homines aliquid ab eo supernaturali via, scire volunt.

Cur ergo Deus aliquando ad interrogata respondet, si se interrogari agere fert?

Aliquãdo non Deus, sed Deum respondet.

Homini autem ad eum regendum rationales & naturales metas posuit, non ergo ei expedit illas transgredi: velle autè inuestigare, & indagare aliqd via supernaturali, iam est assignatos terminos transilire: non est ergo res hæc sanctitati conformis, neq; expediens; ergo nec Deo placet, neq; illi est accepta. Dices: quandoquidè Deo hoc ingratus est, cur interdum respondet? In primis dico: aliquãdo Caco dæmonem respondere. At quando respondet ipsemet Deus: assero id ob infirmitatem, ac debilitatè animæ fieri, quæ illo itinere gradari peroptat. Ne si nõ fuerit exaudita, affligatur, & retrocedat: vel ne Deum sibi iratum arbitretur, grandemq; tentationè incurrat: vel certè id facit ob alios, quos ipse Deus nouit fines, in illius animæ debilitate fundatos, ex quibus illi respondere, illaq; condescendere via, expedite animaduertit. Quemadmodum etiã (vt diximus) cum multis debilibus ac delicatis animab. sese gerere consuevit, cõcedendo illis in oratione gustus & suauitates admodũ sensibiles: sed non id propterea fit, quia hoc ipsemet ita fieri velit, aut quia iste cum eo agendi ac tractandi modus & via illi ardeat, sed vnicuiq; dona sua secundum eius modum largitur, sicut dictum est. Deus enim est veluti fons, ex quo vnusquisq; haurit, iuxta vasis quod adfert capacitatè: permittitq; interdum animã illã per istos præordinatos canales haurire: sed non sequitur inde expediens esse, velle per illos aquã excipere: hoc .n. ad ipsum spectat

Deum, qui illã quomodo, quando, & cui, & quã ob causam ipse voluerit, absq; illo recipiētis studio, & petitione, præbere potest. Atq; isto modo (vt diximus) aliquãdo annuit desiderio precibusq; aliquarum animarum, quas quoniã bonæ sunt, & simplices exaudire: vult, ne eas contristet: verũ nequaquã id propterea facit, quia illi modus iste agēdi gratus sit. Quæ res similitudine hac clarius percipi poterit. Apposita sunt alicuius Patrisfamilias mēsz plura variaq; ciborum fercula, ex quib. quædã sunt alijs præstãtiora: petit ab eo paruulus eius filius vnus feruli, non quidè melioris, sed illius in quod primo loco impingit patre: propterea autem ex illo petit, quia illi dulcius sapit, quã alterius feruli cibus, cum autè eius pater animaduertat quod licet illi meliorè cibum apponeret, non illum sit accepturus, sed solummodo illum què postulat: & quod nullus alius præter illũ palato eius ardeat: ne inconstolatus puer, & absq; cibo remaneat, concedit illi tristis, eum, què postulat. Quemadmodũ videmus cum filijs Israel fecisset Deum, cum ab eo Regem postularunt, inuitus .n. eum illis concessit, eo quod minime illis expediret, quã ob rē Samuē dixit. *Audi vocē populi huius, regemq; quẽ à te petunt illis concede: non enim te abiecerunt sed me, ne regnẽ super eos.* Ad eundẽ prorsus modum aliquibus animab. sese accommodat Deus, cõcedendo eis non id, quod illis melius & vtilius foret: idcirco quia nolunt ipsæ, neq; sciunt, nisi illa pergere via. Quod si aliquando tenentur ritudines, & suauitates spiritus vel sensus obtinent (vt diximus) propterea illis hæc Deus elargitur, quia non sunt benè dispositæ ad capiendum fortiorem ac solidiõs tribulationum crucis filij sui cibum, quem ille præ omnib. alijs velle illis porrigere, & ab illis peti. Quamquam nosse velle aliqua supernaturali via, multo deterius esse iudico,

NOTA.

Cur Deus

aliquando

ad

interrogata

respondet,

si se

interrogari

agere fert?

1. 2. m. 10.

11.

Iudicio, quam alios spirituales in sensu guttus requirere. Non enim video quã ratione anima quã ista optat à peccato ad minus veniali possit excusari, licet illa ob fines optimos hæc faciat, & constituta sit in statu perfectionis: & eandem sententiam de illo pronuncio, qui huiusmodi res inquirere, & indagare iubet, vel etiã ad eandem rem assensum præbet. Nulla siquidẽ huiusmodi rerum necessitas apparet, cum naturalis ratio, lex & doctrina Evangelica nobis suppetant, per quã sufficienter regi gubernatice anima potest, nec talis difficultas aut necessitas occurrit, cui istis medijs obuiam iri, idque cum magnã Dei voluptate ac animarum emolumento nequeat. Tantique rationis naturalis Evangelicæq; Doctrinæ lumen æstimare, adeoque illis adhærere debemus, vt licet nunc (sive hoc volentibus nobis fieret, siue inuitis) aliqua nobis supernaturaliter verba dicerentur illud solum, quod in illis rationi & legi Evangelicæ consentaneum fuerit, acceptare debeamus. Quinimò tunc multo amplius illa cõsiderare, trutinareq; oportet, quã si nulla præcessisset reuelatio: Cæcæ enim siquidẽ multa vera, & futura ac rationi conformia profert, vt fallat.

Vnde in omnib. nostris necessitatibus, tribulationibus, ac difficultatibus, nullum nobis melius tutiusq; medium restat, quã oratio & spes Deum nobis per media, quæ illi placuerit, prouidendum. Istud nobis cõsiliu diuinæ literæ præbent, in quib. legimus quod cum Rex Iosaphat sumã quadã afflictione à maximã hostium multitudine circumseptus premeretur, ad orationem se conferens dixit Deo. *Cum ignoremus quid agere debeamus: hoc solum habemus residu, vt oculos nostros dirigamus ad te, id est, quandoquidẽ media desunt, nec suggerit ratio modum necessitatibus prospiciendi: hoc solum nobis residuum est, vt ad te oculos*

eleuemus, vt tu ipse nobis provideas, sicuti tibi melius placuerit.

Quod autem Deus (quamuis huiusmodi inquisitionibus nonnunquam det responsum) propterea tamen indignetur (licet ex huculque allatis constet) expedit nihilominus aliquibus S. Script. testimonijs idem confirmare. Primo regum libro legimus, quod cum cuperet Saul Samuelem Prophetam iam vita functum secum verba facere, apparuisse quidem illi dictum Prophetam, sed iratum illi propterea Dominum fuisse: confestim .n. increpauit eum Samuel, eo quod rem huiusmodi attentare præsumpserit, dicens. *Quare inquietasti me, vt suscitaret?* Notum est præterea, quod non propterea quia annuerat Deus postulatibus filiorum Israel quando petierunt carnes, idcirco non fuerit eis vehementer iratus: statim enim cœlitus immisit eis signem ad præsumptionem puniendam, sicuti in Numerorum libro legimus, & recenset Dauid dicens: *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.* In libro præterea Numeror. legere est, quod nõ idẽ non indignatus fuerit Deus Balaam prophetæ à Balac Madianitarum Rege euocato, quia illuc ipso præcipiente Deo perrexisset; desiderauerat .n. ille eo ire, idque præcibus à Deo flagitauerat: vnde & tendẽte eò illuc, apparuit illi Angelus, euaginato ense, & ipsum interimere voluit, dixitq; illi. *Perversa est via tua, mihiq; contraria.* Hoc itaq; modo, multisque alijs conuictus Deus, sed iratus, appetitibus nostris: cuius rei plurima suppetunt in S. Script. testimonia & exempla: verum non est cur ea, in te ad eò manifesta adducamus. Illud solummodo dico asseroq; rem esse periculosiorẽ quã vt sciã dicere, velle cū Deo huiusmodi vijs ac modis agere: & eum, qui secus facit, in multos lapsurum errores & grandẽ, rebus istis ad dictum hominem, confusio-

nem

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

129

*Imitatur
Daemon
diuinos
fautores, ut
fallat.*

nem, ruboremq; multoties perpeffurum, Quam meam doctrinam ille, qui hæc magnipendere voluerit: tandem experimento comprobabit. Nam præter difficultatē, quæ in non errando circa loquutiones ac visiones diuinas reperitur, ordinariē loquendo multa ex illis à Dæmone proficiſcuntur: nam communiter loquendo etiam Dæmon iſdem agendi conuerſandique modis vritur cum anima, quibus vritur Deus, proponitque illi res adeo verosimiles illis quas communicat Deus, & ſeſe velut lupus inter pecudes ouinā pelle teſtus ingerit, vt vix poſſit agnoſci. Cum enim multa proferat vera, rationique conformia, & quæ certo eueniunt: facillimè decipi poſſunt animæ & ſibi perſuadere, quod quoniā verè, & adamuſſim contingunt ea, quæ prædixerat, non poſſint illa niſi à Deo promanare: ignorant enim facillimum eſſe Dæmoni tā perſpicaci lumine naturali prædito, multa, quæ fuerunt, & futura ſunt, in ſuis cognoſcere cauſis, vnde & multa futura diuinat, cum enim Dæmon adeo viuax lumen naturale habeat, poteſt etiā ex tali cauſa, talem effectum colligere, quamuis nō ita ſemper ſuccedat, ſi quidē vniuerſa à diuinā pendent voluntate. Rem exemplo declaremus. Agnoſcit Dæmon ex diſpoſitionibus terræ & aëris ſolitque ſitu & influentijs, taliter res eſſe præparatas, & diſpoſitas, quod adueniente certo tēpore neceſſario erunt elementa diſpoſita ad inſiciēdos homines lue peſtiferā, cognoſcetque in quibus illa regionibus plus vigeat, in quibus verò minus. En peſtem, in ſua cauſa cognoſcā. Quid igitur mirum, ſi reuelando dæmon iſtam rem alicui animæ, dicendoq; illi: poſt vnum annum, vel dimidium annum graſſabitur peſtis: quid in quā mirum, ita in rei veritate euenire? atq; hæc eſt dæmonis prophetia. Ad eundē modū cognoſcere & explorare poteſt terræ motum, animaduertendo re-

conditos ſinus terræ repleri ventis: prædicereque: Tali tēpore terra motib. quatietur: inſolitit: quæ tamē eſt notitia naturalis. Poſſunt præterea euentus particulares diuinā prouidentiam concernentes, aliqua coniecti ratione, quæ prouidētia iuſtiſſimè circa bona vel mala filiorum hominū ſeſe prodit. Agnoſci etenim poteſt via ordinaria talem vel talem perſonam, talem vel talem ciuitatem, vel aliam rem quampiam, ad talem vel talem peruenire neceſſitatē, vel ad tale vel tale punctū, quod Deus ſecundum ſuā iuſtiſſiā debeat ad eſſe, & accurrere ſecundum cauſæ exigentiā ac iuxta eius meritū, vel præmium, vel poenā inſligere, diciq; tunc poterit: Tali vel tali tēpore conſequeris à Deo hoc vel illud, vel faciet Deus huiusmodi rē, vel eueniet hoc, &c. Rem hæc indicauit S. Iudith Holoferni: quando vt perſuaderet illi filios Iſrael certō fore euertendos, prius recēſſit, plurimas eorum miſerias & peccata quæ committebant, & mox intulit. Ergo quoniā hæc faciunt, certum eſt quod in perditionē dabuntur. Quod nihil eſt aliud, quam cognoſcere poenam in cauſa. Perinde ſiquidē hoc eſt, ac dicere. Huiusmodi ſtagitia, talia à Deo, qui iuſtiſſimus eſt, promerentur ſupplicia. Et quemadmodum diuina ait Sapientia. *Sap. 11. 12.* Per qua peccat quis, per hæc & torquetur. Poteſt autem Dæmon non ſolum iſto diſcurſu hæc explorata habere, ſed etiam multiplici, qua pollet experientia, cum Deum viderit multa his ſimilia facientem, poteſtq; hæc prædicere, & aliquando rem vti eſt attingere, S. quoque Tobias, ex cognoſcitione cauſæ perſpectam habuit ciuitatis Ninuæ vindictam, vnde & ſuum filium præmonuit dicens: *Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic, ſed quacunq; die ſepelierit Matrem veſtram, ex eo dirigite grefſus veſtros, vt exeatis hinc. Video enim quod iniquitas eius ſuis finem dabit: ac ſi dixiſſet. Ego perſpicē animad-*

animaduerto, suam ipsius malitiam, punitionis eius causam futuram, eamque omnino destruendam. Quæ poterat etiam Dæmon sanctusque Tobias non solum ex Ciuitatis depravatione conijcere; verum etiam ex experientia quam habebant; animaduertendo Deum ob mundi scelera homines diluuij aquis deleuisse, Sodomitas etiam, qui cælesti igne interierant; quamuis etiam nequaquam negandum sit Tobias, diuino hæc spiritu cognouisse. Potest etiam agnoscere Dæmon, Petrum verbi gratia, non posse secundum naturæ cursum nisi tot annos vitam producere & hoc ipsum prædicere: atque eodem ritu multa multis modis varicinari, qui quoniã intricatissimi sunt & subtilissimi, enumerari non possunt. A quibus omnibus non potest immunis effici anima, nisi ab vniuersis reuelationibus, visionibus & loquutionibus abhorrendo, easque deuotando.

Quamobrem iustissimè irascitur illis Deus qui eas admittunt: scit enim temerarium esse, velle tanto se periculo obijcere; magnamque hac in re latere præsumptionem, curiositatem, superbiam ramum, radicem & fundamentum vanæ gloriæ, diuinarum rerum contemptum; multaque præterea alia mala, in quæ plures incurrerunt, qui tantopere Deum, ad iracundiam prouocarunt. vt consulto permiserit illos Deus aberrare, decipi, ac Spiritum eorum obtenebrari, & à rectè ordinatâ vitâ desistere, locum illorum phantasijs, & vanitatibus, præbendo: sicut ait Isaias. *Dominus miscuit in medio eius spiritum versiginis.* Quod clarè loquendo nihil aliud significat, quàm Spiritum contrariis modo res intelligendi. Quæ verba ad nostrum propositum loquitur Isaias, loquitur etenim de illis, qui res futuras supernaturali viâ inuestigare sata-

gebant. Proptereaque ait, quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum, contrario modo res intelligendi; non quod positiuè & re ipsa voluerit illis Deus dare spiritum erroris; sed quia illi ea perscrutari aggressi sunt, quæ naturaliter assequi nequiverunt. Ob eamque rem indignatus permisit illos aberrare, non communicando illis lumen suum ad ea pernoscenda, quæ ipsos indagare volebat. Vnde etiã dicit Isaias, miscuisse ipsum Deum spiritum illum permissiuè. Atque hoc pacto Deus est in causa illius damni, causa videlicet priuatiua, quæ in auferenda luce sua ac fauore consistit, ex qua re infallibiliter sequitur deceptio. Et hoc modo præbet Deus facultatem Dæmoni, vt excæcet ac decipiat multos, eorum hoc peccatis & præsumptione promerentibus; quapropter potest hoc efficere Dæmon, & re ipsa efficit, dum huiusmodi animæ fidem illi accommodant, & spiritum bonum arbitrantur; soletque interdum res hæc eo vsque deuenire, vt licet iam manifestè illis pateat, sintque omnino persuasi spiritum illum minime bonum esse; nulla ratione possint ab hac deceptione emergere: eò quod in intimis animæ fibris insertum habeant, permittente Deo spiritum, res è conuerso intelligendi, cuiusmodi erat ille, quem Prophetis Regis Achab contigisse legimus, quando permisit Deus illos mendacij spiritu decipi, dando ad hunc effectum, facultatem Dæmoni, dicendo illi. *Decipies, & praualebis egredere & fac ita.* Tantumque apud Regem, & apud Prophetas ad eos fallendos potuit Dæmon, vt Prophetæ Micheç, qui veritatem illis, valde contrariam aliorum Prophetarum prædictionibus, prophetabat fidem dare noluerint, idque propterea, quia permisit eos Deus excæcari, eò quod proprietatis affectu illis,

M quæ

B.

Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

3. Reg. 22.
22.

quæ cupiebant, adhererent, volendo ut sibi eueniret, & ut Deus responderet iuxta appetitus ac desideria sua, & hæc erant media, dispositionesque certissimæ ad hoc ut Deus consulto eos obsecrari ac decipi permitteret. Sic enim nomine Dei prædixit Ezechiel contra illum loquendo, qui supernaturali via res secundum vanitatem & curiositatem spiritus sui cognoscere vult, dicens. Cum venerit ad Prophetam ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me: & ponam faciem meam super hominem illum. Et Propheta cum errauerit, ego Dominus decepi Prophetam illum. Quod intelligi debet Deum ista factarum non alio modo, sed gratiam, fauoremque suum duntaxat subtrahendo, ut decipiatur: hoc enim significat. Ego Dominus respondebo ei per me, scilicet iratus: Quod nihil est aliud, quam gratia, & fauore suo hominem illum priuare vnde infallibiliter lequeretur deceptio, ob Dei derelictionem. Tunc autem accurrit Dæmon ad respondendum, secundum gustum, ac appetitum hominis illius, cui cum huiusmodi res vehementer placeant, responsa etiam, & communicationes dæmonis voluntati eius sunt conformes, hocque modo se plurimum decipi patitur.

Videmur aliquo modo à proposita in capitis huius inscriptione tractatione deuiasse, promiseramus enim demonstrare, qua ratione licet Deus postulatis respondeat, interdum tamen irascatur. Verum si ea, quæ dicta sunt rectè considerentur, omnia huc tendunt, & nostram propositionem confirmant: ex omnibus siquidem constat, non esse Deo gratum, ut huiusmodi visiones requirantur, cum præbeat locum, ut tot modis homines decipiantur.

(. . .)

CAPVT XXII.

In quo dubium quoddam examinatur, cur modo in lege noua non sit permissum, aliquid à Deo supernaturali via suscipiari, quemadmodum in antiquo fœdere licitum erat: Est hæc tractatio aliquatenus iucunda, ad Sancti fidei nostræ arcana intelligenda. Probat ut institutum S. Pauli testimonio, quod ad rem hanc dilucidatur.

DVm propositio nobis operi infusamus, emergunt nobis dubia noua, vnde nec ita accelerare possumus, sicuti cuperemus. Quemadmodum enim ipsi dubia hæc mouemus, sic ea dissoluenda tenemur, ut propositæ doctrinæ veritas semper maneat perspicua, roborque illatam. Id tamen huiusmodi dubia commodi adferunt, quod licet nos tantillum remorentur, ampliori tamen doctrinæ, ac instituti nostri perspicuitati inferuiunt, & huiusmodi erit præbens dubium.

Capite præcedenti docuimus minime voluntatis esse diuinæ, ut anima supernaturali viâ notitias distinctas visionum, locutionum, &c. ambient ac desiderent. Ex alia vero parte exploratum est, huiusmodi cum Deo agendi modum sub antiquo fœdere in vfu fuisse ac licuisse, neque solum fuisse permissum, verum etiam ab ipso Deo præceptum, ita ut si aliquando non vterentur isto modo, Deus illos acriter argueret, sicuti videre est in Isaiâ ubi reprehendit Deus filios Israel eò quod non consulto prius illo descendere in Ægyptum cogitabant. *Qui ambulatis ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis.* In Iosue quoque libro legimus, quod cum iisdem filij Israel à Gabaonitis decepti fuissent; rei huius.

huius causam innuit ibi Spiritus sanctus, his verbis. *Susceperunt de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt.* Vnde in sacris literis animaduertimus, semper Moysen Dauidem Regem, ceterosque Israeliticos Reges, nec non Sacerdotes, & antiquos Prophetas, de suis bellis ac necessitatibus Dominum consuluisse; Deumq; responsa dedisse, & illos fuisse allocutum, neque tamen propterea illis succensuisse, recteque hac in re se gerebat, & si secus fecissent à rectitudine deflexissent & male fecissent; & hæc quidem ita in rei veritate se habent. Cur igitur nunc, sub lege noua & gratiæ, non etiam licitum erit, sicuti antea fuit?

Dubitatio huic isto modo occurrendum est, præcipuam causam, ob quam in antiqua lege licitæ erant, quæ fiebant Deo interrogations, & cur necessariû erat, vt Prophetæ & Sacerdotes, visiones ac Reuelationes à Deo requirerent hanc fuisse; quia nō. tum tunc temporis a deo fundata erat fides, neq; lex Euangelica stabilita, vnde necessarium erat vt à Deo de rebus sciscitarentur, & vt Deus iam verbis, iã visionibus & reuelationibus iã, figuris & similitudinibus, iam deniq; multis alijs significationum modis eis loqueretur. Omne enim illud, quod respondebat, loquebatur, & reuelebat, nostræ sacræ fidei arcana erant, vel certe res ad eã spectantes, vel ad eã directæ; cum fidei mysteria nequaquã sint hominum, sed oris ipsiusmet Dei, & quæ ipse proprio suo ore protulit, & ob hoc (vt diximus) necessariû erat, vt ipsum os Dei interrogarent, proptereaq; quãdo id facere prætermittebant, arguebat eos, responsis quippe suis dirigebat eos in rebus & eventibus ipsorum ad fidẽ, quã ad huc ipsi ignorabant. At nunc quãdo fides in Christũ est fundata, & Lex Euangelica

in statu gratiæ promulgata, non est vnde necesse sit eum illo modo interrogare, nec est cur ipse sicut tunc loquatur, & respondeat. Dando quippe nobis, sicuti dedit filium suum, qui est vnicum solumq; ipsius verbũ, omnia nobis simul vnaq; vice hoc suo vnico verbo loquutus est, & reuelauit. Et hic est genuinus autoritatis illius sensus qua nititur S. Paulus persuadere Hebræis, vt à prioribus illis antiquæ legis Moylis cũ Deo agẽdi, tractandi; modis abscendant, & oculos ad CHRISTVM solũ conuertant, dicens. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; nouissime, diebus istis, loquutus est nobis in filio.* Quibus verbis docet Apostolus, tot tantaque dixisse Deum hoc suo verbo, vt nihil iam amplius optandum super sit, id enim, quod antea per partes loquebatur Prophetis, iã nobis totum in ipso dixit, ipsum nobis totũ dando, id est, filiũ suum. Quãobrem ille, qui nunc veller aliquid à Deo sciscitari, vel visionem aliquã, aut reuelationem ab eo postulare, videretur iniuriã Deo illaturus nō defigendo omnino suos oculos in Christũ, nullamq; aliam rem aut nouitatem requirendo. Potest etenim illi Deus hoc modo respondere. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Iam omnia loquutus sum per verbum meum: ad illum solum tuos conijce oculos, in ipso siquidem vniuersa iam tibi dixi, cunctaque reuelauit: imò multo plura in eo reperies, quam desiderare aut petere possis, cur tu locutiones, visiones aut reuelationes particulares exigis, cum si ad illum oculos attollere volueris, sis in ipso reperturus vniuersa. Ipse siquidem est totum verbum meum, & responsum. Ipse est tota mea Visio, & Reuelatio, quam dixi, respondi, manifestaui, & reuelauit, dando ipsum vobis in fratrem, Magistrum, socium, pretium

Et pulcherrima horum huius rei causa adforet.

Heb. 1. 1.

Dando nobis Deus filium suũ & verbũ suũ, omnia nobis dedit, & dixit, ita vt nihil optãdũ super sit.

Pulcherrima introductio Patris aterni loquentia cũ homine, reuelationes desiderante. Matth. 12. 6.

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124



Math 17.
num. 6.

& premium. Iam ego vnà cum sancto meo spiritu in illum descendi in Monte Thabor, dixique. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite.* Non est cur nouos doctrinæ ac responsonum modos, requiras, si enim loquebar antea, id erat Christum promittendo, si verò aliquid seiscitabantur ex me, dirigebantur interrogationes illæ ad postulandum & sperandum Christum, in quo vniuersa bona reperuerant: (quemadmodum nunc omnis Euangelistarum Apostolorumque doctrina, hoc declarat.) At qui nunc, illo me interrogaret modo, vellet que me secum loqui aut aliquid à me sibi reuelari; esset hoc ac si quodammodo non sibi esset satisfactum in Christo, & per Christum, grauemque diecto filio meo iniuriam irrogaret: cum enim illum habebas, quid à me petere possis, proius non reperies, nec reuelationes, visionesque requires, tu tantum illum attentè contemplare: & iam tibi omnia quæ petis & multo plura in illo collocata & dicta experieris. Si aliquid tibi à me consolationis verbum dici cupis; considera filium meum mihi obedientissimum, meique amore tantopere afflictum; & percipies quod tibi respondeat huiusmodi verba: si aliqua tibi arcana, casusque reuelari ac manifestari peroptas; ad illum solummodo collima oculos, & secretissima mysteria, sapientiam immensam, ac Dei mirabilia, quæ in ipso sunt obserata, reperies, sicut meus dicit Apostolus. *In quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi. Qui sapientia thesauri, multo tibi erunt sublimiores, dulciores & vtiliores, rebus ijs, quas nosse anhelas.* Propterea enim, idem gloriabatur Apostolus: *Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi IESVM Christum, & hunc Crucifixum.* Quod si alias

Grauem filio Dei irrogat iniuriam, qui nunc reuelationes requirit.

Col. 2. 3.

2 Cor. 1. 2.

etiam diuinas reuelationes visionesque corporales desideraueris, contemplare illum humanà vestitam carne, & plus in eo, quàm speras & cogitas, reperies, dicente eodem Paulo Apostolo. *In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Colof. num. 9.

Non expedit itaque neque licet interrogare Deum illo modo, nec est necesse vt loquatur ipse, aut respòdeat: cum enim fuerit in Christo loquutus, nihil amplius exoptari potest. Et qui temporibus istis supernaturali præterordinariâ viâ, aliquid addiscere & percipere vellet; illud esset veluti velie DEVM deff. etus arguere, quasi non nobis omnia in filio suo iustificienter dedisset, vt dictum est. Quamuis enim fide suppositâ, illique indubiè assentiendo, huiusmodi res peroptet; est nihilominus curiositas quædam minorem arguens fidem. Quæ propter non est, quod huiusmodi homines cutiosissimi, aliquam doctrinam vel aliam quampiam rem supernaturali viâ expectent. Eadem quippe horâ, quâ CHRISTVS in Crucè expirans dixit. *Consummatum est;* non solum isti cum Deo agendi modi, sunt finiti, sed etiam vniuersæ antiquæ legis ceremoniæ & ritus. Et sic in omnibus Christi, eius Ecclesiæ, ac ministrorum ipsius doctrinam, se qui debemus, hac quæ vâ omnibus nostris ignorantijs, ac infirmitatibus spiritualibus remedia quære: pro omnibus, siquidem de necessitatibus hoc modo faciendo, copiosam medicinam reperiemus, à quo itinere si quis deflexerit, seque ab eo separauerit, non solum curiositatis maculam contrahit, sed etiam nimium est audax & præsumptuosus. neque enim aliquid supernaturali viâ credi debet, nisi illud doctrinæ Christi Dei & hominis, ac eius ministrorum fuerit cõsentaneum. Idq; adeo,

Stratum ut Christus Dominus in cruce dixit. Consummatum est, finiti omnes cõsuetudines, vel aliquid præter ordinariâ viâ.

NOTA.

Christi Ecclesiæ, & ministrorum ipsius doctrinam sequens, pro omnibus nostris ignorantijs & necessitatibus remedia reperiemus. Nihil supernaturali viâ reuelatum creditur, nisi Christi ministrorumque eius doctrinæ fuerit cõsentaneum.

NOTA. Duplex est vniuersum aliud quod dicitur, ne colat ut vniuersum reuelatum creditur.

ut dixerit S. Paulus: *Sed licet Angelus de celo
euangelizet vobis praterquam, quod Euangeli-
zatum vobis anatema sit.* Vnde sequitur,
quod quoniam verissimum certissimum-
que est, in illis, quæ Christus nos docuit
nobis persistendum esse & cætera omnia
essentia, neque fidem illis, nisi doctrinæ
huic conformia sint, habendam; casto la-
bore, ac conatu eum atteri, quisquis nunc
cum Deo secundum antiquæ legis mo-
dum, agere cupit. Præsertim cum non cui-
cunque illius temporis homini, aliquid à
Deo sciscitari, liceret, nec ille omnibus
passim responsa daret, sed solis sacerdotibus
& Prophetis, ex quorum ore plebs legem
discere debebat, & doctrinam: atque
ita si quispiam aliquid à Deo nosse cupie-
bat, per sacerdotem vel Prophetam illud
interrogabat; non verò per seipsum.
Quod si David per seipsum aliquoties
Deum interrogauit, ideo hoc fecit, quia
Propheta erat, neque id abique sacerdoti
veste faciebat, quomodo illum primo
libro Regum fecisse legimus, ubi dixit
Abiathar sacerdoti, *Applica Ephod*, quod erat
præcipua vestis sacerdotalis: sicque
Deum consuluit. Sed aliàs per Prophetam
Natan, & per alias Prophetas, consulebat
Dominum: Et quod ex ore istorum Pro-
phetarum & sacerdotum audiebant, à
Deo promanasse credere debebant, non
autem, quia ita ipsis videretur. Atque ita,
quæ tunc dicebat Deus nullius erant ro-
boris apud eos ad fidem integram conci-
liandam, nisi illa Prophetarum ac sacer-
dotum ore comprobarentur. Tantopere
si quidem placet Deo ut hominis dire-
ctio ab alio illi simili dependeat ho-
mine; ut omnino velit ne rebus, quas no-
bis supernaturaliter communicat, inte-
gram præstemus fidem, neque nobis illæ
magnam ac securam vim faciant, ante-
quam per istum, humanum oris alterius

hominis aquæ ductum, pertranseat. Quare
quotiescunque dicit, vel reuelat aliquid
animæ, facit hoc imprimendo illi, inclina-
tionem & propensionem quandam, ad res
illas, ijs quibus expedit aperiendas: & do-
nec istud fiat, non solet integram satisfac-
tionem præbere Animæ, sed vult ut illam
accipiat homo, ab alio simili sibi homine,
quem Deus suo loco constituit. Vnde in
libro Iudicum id ipsum Gedeoni Duci
uenisse cernimus, cui cum multoties dixisset
DEVS, eum de Madianitis victoriam
reportaturum, erat nihilominus anceps &
pusillanimis, permitte Deo hanc in eo
debilitatem, donec ex ore hominum, idi-
psum audisset, quod à Deo audierat. Res
autem hoc modo acta est, cum animadu-
uertisset illum Dominus animo concidisse,
dixit illi. *Surge & descende in castra, & cum
audieris, quid loquantur, tunc confortabuntur
manus tue, & securus ad Hostium castra descen-
des.* Res prorsus ita successit: audito siquid-
em Madianitæ vnus somnio, quod ille
alteri recensebat, se videlicet in somnis vi-
disse Madianitas à Gedeone superandos:
maximos Gedeon sumpsit Spiritus, ho-
stemq; magno & alacri animo aggressus,
debellauit. Ex quo apparet noluisse Deum
ut de suâ reuelatione securus esset, prius-
quam id ipsum ex ore percepisset huma-
no. Sed multo maiori dignum est admira-
tione, quod in eadem materia contigit
Moysi, quem cum multis propositis ra-
tionibus iussisset DEVS, ut ad liberandos
filios Israel proficisceretur, visionemque
suam miraculis virgæ in serpentem versæ,
& manus leprâ infectæ, confirmasset; ad-
eò se cunctabundum, debilem, ac ambi-
guum in hoc itinere exhibuit, ut licet ob
hoc iratus fuerit Dominus, nunquam ta-
men perfecta fide negotium hoc aggredi
ausus fuerit, donec illi adderet DEVS ani-
mum per fratrem suum Aaronem dicens:

M. 3.

AARON:

Mirabile
huius ve-
ritatis in
Moysi e-
xemplum.

B.

Iohannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

Exo. 4. 14. Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sis: ecce ipse egredietur in occursum tuum, videns quod te, loquetur corde: loquere ad eum. & pone verba mea in ore eius. & ego ero in ore tuo, & in ore illius. Quibus auditis Moses, confestim spe consilij, quod à suo fratre accepturus erat, resumpsit animam.

NOTA. Est quippe humilis Animæ proprium vt non præsumat sola cum Deo agere, nec tuta vel satisfacta omnino esse possit, absq; directione & consilio humano. & hoc etiam requirit ipse Dominus: illis quippe, qui ad tractandum de aliqua veritate simul cõueniunt, ipse se ad eam dilucidandam, & in illis stabilendam adiungit, quæ ad modum se facturum Mosi & Aarõni inuicem conuenientibus promissit, vtriusque ore loquendo. Propterea quoq; in Euangelio dixit: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo (ad cõsiderandam quid ad maiorem gloriam honoremque meum expediat) ibi sum in medio eorum: illustrando videlicet, & in eorum cordibus diuinas stabilendo veritates. Sed oculate perpendendũ est, minimè dixisse: vbi fuerit vnus solus, ego ibi adsũ, sed vbi ad minus fuerint duo, vt hinc cognosceremus, nolle Deum vt aliquis per se solus credat, & existimet veras esse gratias, quas à Deo recipit, neq; in illis mentem suam stabiliat, vel nimis absque cõsilio & gubernatione Ecclesiæ vel Ministrorum eius adhæreat, nam in corde illius qui solus est, minime dilucidabit aut confirmabit veritatem Deus, vnde frigidus ac debilis remanebit. Hinc est illud, quod amplificat Ecclesiastes dicens: Vn solus, quia cum ceciderit non habet subleuantem se: & si dormierint duo: fouebuntur mutuo (calore scilicet Dei, qui in medio eorum est) Vnus quomodo calefiet? (id est quomodo non frigidus in rebus diuinis remanebit.) Et si quispiam præualuerit contra vnum (Dæmon videlicet, qui contra illos præ-

In corde illius, qui solus est, hoc est, qui sua cum alijs non communicant, minime dilucidabit cõfirmabitq; Deum veritatem. Eccl. 4. 10

ualet, qui soli seipfos in rebus diuinis regere volunt, nec ab aliquo accipere consilium) duo resistunt ei, discipulus videlicet & spiritualis Magister, qui inuicem conueniunt, ad cognoscendam & opere adimplendam veritatem. Et donec hoc fiat, vt plurimum ille, qui solus est se tepidum debilemq; in illa experitur, licet ab ipso Deo pluries eam audierit. Idq; ad eod, quod licet S. Paulus multo tempore prædicarit Euangelium, quod ille se non ab hominibus, sed ab ipso Deo audiuisse affirmat: nulla ratione quiescere ac securus esse poterit antequam illud cum S. Petro, cæterisque Apostolis contulisset dicens: Ne forte in vacuum curerẽ, aut ecurrissim. Ex quo loco manifestè patet, nequaquam tutum esse ijs fidere rebus, quas Deus videtur reuelare; nisi eo quo præscribimus modo & ordine. Supposito etenim, quod animæ certò constet à Deo reuelationẽ processisse, sicuti S. Paulo cõitabat Euangelij sui certitudo (siquidem iam illud annuntiare cõperat) potest tamẽ homo in exequenda illa, rebusq; ad eam spectantibus aberrare. Licet enim Deus rem vnã dicat, non semper tamen dicit alteram: & multoties dicit rem, non tamen modum eã faciendõ. Nam vt plurimum, quidquid industria & cõsilio humano consequi possumus, minime ille facit aut dicit quãuis ad intimã suam familiaritatẽ multo tempore aduiserit animã. Quam rem egregiè S. Paulus agnoscebat, siquidẽ (vt diximus) licet optimè à Deo sibi reuelatum Euangelium nosset: se tamẽ ad illud cũ cæteris Apostolis cõferendũ, & examinandum contulit. Id ipsum etiam clarè in Exodo patet, legitur enim ibiq; quamuis Deus tanta cum familiaritate cũ Mose ageret; nunquã tamen consilium illud, ad eod salubre præbuerit quod sacerdoti Ietro dedit, vt videlicet alios deligeret iudices, qui illi opem ferrent, ne populus

NOTA. Vt plurimum, quãdã cõsilio humano cõsequi possumus, minime ille facit aut dicit quãuis ad intimã suam familiaritatẽ multo tempore aduiserit animã. Deum scire, & hanc legem seruare debent, etiam cum animabus, quãdã ad intempestantia famulatarem. Exod. 18. 21.

las à mane vsq; ad vespërâ iudicia præstolaretur. *Prouide autē de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas &c. qui iudicent populum omni tempore.* Quod consilium approbavit Deus, nec tamen illud ei suggererat: erat enim huiusmodi res, quæ iudicio & consilio humano obtineri poterat. Eodem modo vniuersa, quæ circa visiones ac locutiones Dei occurrere possunt, quibus iudicium & consilium humanum prospicere potest; non solent illa reuelare Deus, semper enim vult, vt quantum fieri potest, consilio iudicioq; humano vtamur, præterquàm in fidei rebus, quæ omne iudicium ac rationē superant; quamuis minime rationi repugnent. Quàm obrem nemo sibi persuadeat, quod quia certus & securus sit Deum, & Sanctos cum eo familiariter multis in rebus agere, eo ipso debeant illi manifestare defectus, quos in quacunque re habet, si possit aliunde illos agnoscere. Quare caute admodum agendum est, minimeque fidendum: nam (sicut in Actis Apostolorum legitur) licet S. Petrus Princeps esset Ecclesiæ, & qui à Deo immediate instruebatur, in quadam tamen Cæremonia, qua inter gentes vtatur, errabat, Deus tamen silebat: donec S. Paulus corripere illum, sicut ipsemet asserit dicens: *Sed cum vidissem, quod non rectè ambularent, ad veritatem Euangelij: dixi Cepha coram omnibus, si tu cum iudæis sis gentiliter viuas, & non iudæicè, quomodo Gentes cogis iudæizare?* Nec Deus defectus huius per se ipsum Petrum admonuit, eò quod esset res in cuius notitiam via ordinaria, deuenire poterat.

Quam obrem multorum cum quibus in hac vita familiariter conuersatus fuerat, & quos multa luce virtuteque dotauerat, defectus, & peccata in die Iudicij puniet, quia in alijs rebus ad quas se faciendas ob-

ligari nouerant, fuerunt negligentes, illi, quæ eis cum Deo intercedebat, familiaritati, confisi. Vnde (sicut Cæcilius Dominus noster in Euangelio ait) tunc illi obstupescunt & dicent, *Dominus Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo damonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* dicitque Dominus tunc se illis responsurum dicendo: *discedite à me, qui operamini iniquitatem, quia nunquam noui vos.* Ex horum numero erat Propheta Balaã, & alij ei similes, cum quibus licet loqueretur Deus, non tamen ei erant accepti, eò quod essent peccatores. Ad eundem etiam modum corripiet Dominus electos amicos suos, cum quibus hic familiariter fuit, conuersatus, de defectibus ac negligentijs quas comiserunt, de quibus nõ oportebat eos ab ipso met Deo admoneri: si quidem eos per legem, naturalemque rationem sibi datam admonuerit.

Tractationi itaque huic quantum ad rem hanc spectat finè imponèdo, ex dictis elicio, quamcunque rem, quam anima quacunque, tandè supernaturali via recipiat, dilucide, sincere, & cum omni veritate debere, cõtinuo magistro suo spiritali patefacere & aperire. Quamuis enim nihil referre videatur, huiusmodi res manifestare, neq; tempus hac in re inutiliter consumere, cum repudiãdo huiusmodi res nihilque eas faciendo (sicuti docuimus) remaneat anima tuta & secura (præsertim quando sunt Visiones vel Reuelationes, vel aliæ supernaturales communicationes, quæ vel sunt manifestæ, vel parum refert an huiusmodi sint, vel non sint) nihilominus est admodum necessarium (quamuis animæ contrarium videatur) vniuersa patefacere, Idque ob tres causas.

Prima est, quia sicut diximus multa comunicat Deus, quorũ effectũ, vim, lucẽ & securitatẽ non omnino in anima cõfirmat

stabi-

Matth. 7.
22.

Quidquid
Anima
supernaturaliter
ouenerit,
debet illud
confestim
sincere, &
cum omni
veritate,
Magistro
suo spiritali
aperire.

Huius rei
causa.

B.

Ioannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

stabilitque, donec ut dictum est de ijs agatur & tractetur cum illo, quem Deus constituit spiritualem iudicem Animæ illius, qui etiam potestatem habet ligandi illam & soluendi, resque eius approbandi & reprobandi, quemadmodum hoc auctoritatibus scripturæ superius adductis comprobauimus, & quotidiano etiam experimento comperimus, videndo humiles animas, quæ huiusmodi fauores suscipiunt, postquam de illis, cum quibus debent egerunt, cum noua quadam satisfactione, robore, luce ac securitate manere. In tantum ut aliquibus videatur quod antequam ista communicent, nec animo suo imprimantur, nec sua illa reputent, postquam verò ea manifestauerint, veluti de nouo illa recipiant, atque in ijs confirmantur.

Secunda causa est, quia ut plurimum indiget Anima doctrinâ & instructione, de rebus illis, quæ ei eueniunt, ut possit illâ viâ ad nuditatem spiritualemque paupertatem, quæ est nox obscura dirigi. Si enim hæc doctrina illi desisset, supposito etiam quod Anima nollit huiusmodi res admittere; in perceptibiliter in viâ spirituali ruditatem quandam ignorantiamque contrahet, & ad viam sensuum pedetentim declinabit.

Tertia causa est. Quia ad humilem animæ subiectionem & mortificationem fouendam, expedit vniuersa de tegere, quâ uis ea nihili fieri debeant; nec ipsa illa æstimet. Repetite quippe est nonnullas Animas, quæ magnam sentiunt repugnantiam, in huiusmodi rebus dicendis, eò quòd nullas esse iudicent, neque sciant, quâ ratione illas sint accepturæ, quodque de illis iudicium laturæ illæ personæ, cum quibus agendum est: quod est exiguæ humilitatis indicium eamque ipsam ob causam, oporteat sese ad illas propaladas subijcere.

Exigua humilitatis indicium est, difficile esse in apertis, spirituali Patriarcanis iuu-

Alia verò sunt, quas maximopere pudet res huiusmodi de tegere, ne illa, quæ sanctorum sunt propria habere videantur, vel alias ob causas, propter quas vehementer in istis rebus aperendis affliguntur; id eoque videtur illis nihil subesse causæ, ad ista narranda, cum ipsæ nihili eas faciant; propter eandem tamen causam omnino expedit ut sese mortificent, & ista enarrent, donec iam omnino humiles, faciles, promptæque euadant, & postmodum ea semper non grauatè enuncient.

Verum circa ea, quæ dicta sunt animaduertendum est: non ex eo quod tam multum commendauimus ut res istiusmodi repellantur, & ne Confessarij cum Animabus de illis colloquia instituant, nõ inquam, propterea debent Patres spirituales alienos, se ab illis ostendere, nec usque ad eò repellere, & irridere, ut sese cohibendi, & ne illa manifestare audeant, præbeant occasionem, atque ita grauiter ferant, ut non pauca incommoda subeant, si ad illa manifestanda aditus præcludatur. Vt enim docuimus, solent ista esse medium, quod si sunt medium & modus, quo Deus ducit huiusmodi animas: non est cur illi irascamur, aut illum admiremur, aut occasionem scandali inde arripiamus: quin potius cum insigni benignitate tranquillitateque agendum est cum eis: addendo ipsis animum, & ut ea manifestent modo se invitando, imò si oportuerit, præcepto illas adigendo, tanta, etenim intercedere solet in narrandis rebus istis difficultas, ut istis medijs omnino, uti necesse sit. Sollicite etiam studeant, eos in fide dirigere, suauiterque ab omnibus illis supernaturalibus rebus oculos deflectere, præbendo illis doctrinam; quomodo ab illis denudare debeant spiritum, & appetitum, ut progredi valeant: hancque doctrinam faciunt eos altâ mente recondere, pretiosius esse coram de-

Non debet spirituale Patres se irridere, sed ab eis propaladas detestantur. Divina patienter Anima in fide dirigenda. Supernaturalibus iuu-

coram Deo opus vnum, vel voluntatis actum in charitate factum, omnibus, quas celitus obtinere possunt Visionibus & Reuelationibus; & quâ ratione multæ animæ, quæ nihil horum sunt vnquam expectat, absque vllâ comparatione in sublimiori sunt sanctitatis gradu alijs, quæ multa huiusmodi dona recipiunt.

CAPVT XXIII.

In quo de apprehensionibus intellectus, qua via merè Spirituali contingunt, agere incipit, Et quidnam ea sint declarat.

Etiam si doctrina, quam de apprehensionibus intellectus, quæ sensuum via sunt tradidimus, si ea, quæ de ijs tractanda essent inspiciamus, aliqua ratione breuior cõpendiosiorque remaneat, nolui tamen hac in re fultor esse, cum etiam ad satisfaciendum proposito mihi in hoc opere scopo, ad expediendum videlicet intellectum, & denuadandum ab istis apprehensionibus, ac dirigendũ in fidei nocte, potius me prolixiorẽ fuisse existimẽ. Quã obrem auspiciabimur modo tractationem de quatuor intellectus apprehensionibus, quas octauo capite merè spirituales diximus, quæ sunt Visiones, Reuelationes, Locutiones & spirituales sentimenta, quas merè spirituales nuncupamus, quia non corporearũ imaginariarumq; instar, intellectui humano sensuum corporalium via, communicantur; sed absque vilo alicuius exterioris vel interioris sensus medio, clarè ac distinctè supernaturali viã intellectui imprimuntur, eodẽ passiuè solummodo habente, hoc est nullo Animæ actu & operatione ad minus actiua & quasi propria interueniente.

Sciendum itaque est, lato modo & vni-

uersaliter loquendo, omnes istas quatuor apprehensiones, Visiones animæ appellari posse, cum etiam intelligere Animæ, videre intuerique dicatur. Et quoniam vniuersæ apprehensiones istæ, sunt intellectui intelligibiles, spiritualiter visibiles nuncupantur. Vnde etiam intelligentiæ, quas de illis format intellectus, intellectuales visiones dici possunt. Cum enim vniuersa obiecta, cæterorum sensuum (cuiusmodi sunt quidquid videri, audiri, odorari, gustari tangique potest) sint intellectus obiecta, quatenus veritati vel falsitati subsunt, hinc etiam fit, quod quemadmodum in oculis corporeis, omne illud quod est corporaliter visibile, visionem corporalem producit; sic oculis spirituslibus Animæ, intellectui videlicet, quidquid intelligibile est, spirituale visionẽ generat: siquidem vt diximus, rem aliquam intelligere, est illã videre. Quã obrem generaliter loquendo, quatuor istæ apprehensiones appellare possumus visiones, quod alijs sensibus nequaquam competit; vnus enim sensus minime alterius sensus obiecti, in quantum tale, capax est. Sed quoniam apprehensiones istæ, obijciuntur Animæ, secundum modum, quo alijs sensibus repræsentatur; hinc est quod proprie specificèq; loquendo, illud quod recipit intellectus, per modum videndi (valet quippe spirituales res intueri, quemadmodum corporeus oculus res corporeas) visionem appellamus: & illud, quod recipit, quasi discendo, nouasque res intelligendo, Reuelationem dicimus: quod autem audiendi modo excipit, Loquutionem vocamus: & ea, quæ secundum cæterorum sensuum modum experitur & percipit sicuti est quædam suavis spiritualis odoris intelligentiæ: & quædam degustatio saporis spiritualis, necnon voluptatis delectationisq; spiritualis, qua frui potest

N super-

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

supernaturaliter Anima; sentimenta spiritalia appellamus. Ex omnibus istis elicit intellectus, intelligentiam seu Visionem (sicuti diximus) sine vlla formæ, imaginis, vel imaginariæ figuræ, vel naturalis Phantasiæ, vnde illam possit erueret; apprehensione: sed immediatè huiusmodi res communicantur Animæ, operatione, mediisque supernaturalibus.

Ab istis itaque (sicuti à cæteris corporalibus & imaginarijs apprehensionibus fecimus) expedit etiam nobis hoc loco extricare intellectum introducendo dirigendoque eum per Noctem spirituales fidei ad diuinam & substantialem cum Deo vniionem, ne fortè huiusmodi rebus efficiatur intellectus rudior, implicatioque ac sic solitudinis & nuditatis ab omnibus rebus iter illi præpediatur, quod ad hunc finem requiritur. Supposito enim, apprehensiones istas multo esse nobiliores, vtiliores, tutioresque corporeis & imaginarijs, cum iam sint interiores mereque spirituales, & quas minus Dæmon attingere valet, communicatur siquidem per illas purius subtiliusque animæ Deus abique aliqua saltem actiua ac propria operatione ipsius, vel etiã imaginationis: nihilominus tamen, non solum possit sese intellectus ad dictum iter peragendū huiusmodi rebus irriterit, & implicare, sed etiam possit graviter decipi, ob modicam suam circumspeditionem.

Et quamuis possemus aliqua ratione tractationem hanc de istis quatuor apprehensionum modis coniunctim simulque absolute; cõmune ac vniuersale de illis præbendo consilium, quod etiã de cæteris damus, vt videlicet nec quærantur, nec desiderentur, nihilo secius, quia occasione oblata aliqua doctrinã & lucem ad id cõmodius faciendum adferemus, & aliqua puncta ad illas spectantia tractabimus, expe-

dit de vnaquaque illarum in particulari agere; vnde de primis, quæ sunt Visiones spirituales, vel intellectuales loquentur.

CAPVT XXIV.

In quo de duobus modis Visionum intellectualium, quæ Supernaturali via contingunt differuntur.

Loquendo in præsentem propriè de illis, quæ sunt spirituales Visiones, abque alio sensus corporei interuentu, dico, duos visionum modos obijci posse intellectui. Quædã sunt corporearum substantiarum, aliæ verò substantiarum separatarum, vel incorporearum. Corporearum, circa vniuersas res materiales, quæ sunt in cælo & in terra versantur, quas Anima, quodã luce à deo deriuata interueniente, videre potest in qua vniuersas res absentes, quæ iam siue in cælo, siue in terra, intueri licet.

Aliæ verò Visiones, quæ sunt substantiarum incorporearum, aliud quoddã sublimius lumen requirunt: vnde etiam Visiones illarum substantiarum incorporearum, sicuti sunt Angelorum & animarum, minime sunt frequentes, nec huius vitæ propriæ, multo autem minus Essentiæ Diuinæ Visio, quæ est comprehensorum propria, nisi forte per modum transeuntis hoc donum alicui concedatur, Deo dispensante, vel conseruante vitam, & conditionem naturalem, ab illius vsura spiritum non nunquam abstrahendo: prout in Apostolo S. Paulo potuit euenire, ipso dicente se vidisse arcana in tertio cælo, id est, quod fuerit raptus vt illa cerneret, quæ non licet homini loqui: *Sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit.* Ex quo liquet eum viam naturalem per raptum deseruisse, Deo ipso modum operante. Hinc etiam vbi probabiliter creditur quod Essentiam suam

DEVS

Apprehensiones istas multo sunt nobiliores, vtiliores & tutiores corporeis, & imaginarijs, & quarum.

Vniuersale consilium omnibus istis apprehensionibus, vt nec quærantur, nec desiderentur.

Deus Moysi manifestauerit, ei dixisse legitur: *Cumque transibit gloria mea, ponam te in firmamento petrae, & protegam dextera mea, donec transeam: ne, scilicet, cum transiret, tantam gloriam sustinere non valens, interiret. Qui transitus nil aliud erat quàm sese illi visendum præbere, per modum transeuntis, protegendo dextera sua vitam Moysi naturalē. Cæterum visiones istæ adeo substantiales, cuiusmodi fuerunt Visio Diui Pauli, Moysi, & Eliæ Parentis nostri, cum ad ostium speluncæ cooperuit pallio vultum suum, ad sibilum Auræ tenuis Dei, per modum transeuntis contingunt, idque rarissimè & vix vnquam, & admodum paucis; hoc enim solum illis præstat, qui sunt fortes Spiritus Ecclesiæ, & Legis Dei, sicuti fuere tres viri commemorati.*

Attamen licet prædictæ Visiones de lege ordinatæ nequeant videri in præsentia vita, nudè, & clarè; possunt tamen percipi in ipsa substantia Animæ, mediante notitia quadam amorosa, vna cum suauissimis affectibus, & amplexibus spectantibus ad genus illud sentimentorum spiritualium, de quibus postmodum Deo auxiliante acturi sumus: eò siquidem calor noster vergit, ac dirigitur, ad diuinam scilicet coniunctionem, & vnionem animæ cum Dei substantia describendam, quod fiet cum de Intelligentia mystica, & consula seu obscura, adhuc explicanda tractabimus: quo loco dicturi sumus, quemadmodum Deus media hac amorosa, & obscura Notitia, coniungitur animæ in gradu eminenti, atque diuino: Hæc siquidem notitia obscura & suavis, quæ est Fides, ita deseruit in præsentia vita ad vnionem diuinam, sicuti lumen gloriæ in vita beata deseruit vt medium ad claram Dei Visionem.

Agamus iam, de Visionibus substantia-

rum corporearum, quæ spiritualiter in Anima recipiuntur, suntque in modo, Corporeis Visionibus similes. Sicut enim oculi videt corporeas res, media luce naturali; ita Anima intellectu, luce supernaturaliter deriuata mediante (de qua iam sumus locuti) easdem illas res naturales & alias, quas Deus vult, interius videt, solumque in modo videndi discrimen est, nam spirituales vel intellectuales, clarius ac subtilius multò, eueniunt corporalibus. Quàdo n. placet Deo, hunc exhibere Animæ fauorem, communicat ei supernaturalem illam lucem (de qua sumus loquuti) in qua clarissimè facillimeque res, quas Deus vult, siue illæ in cælo sint, siue in terra, cõspicit, nullum adferente impedimèrum absentia vel præsentia illarum. Fitque hoc, veluti si aperiretur quædam lucidissima porta, per quàm Anima in ecalatè videret, similitudinem quandam coruscationis, quando nimirum illa in aliqua nocte obscura subitanè res illustrat, facitque dilucidè ac distinctè apparere: confestimque iterum eas in tenebris & obscuritate deserit, quamuis formæ, & figuræ rerum visarum, in Phantasia remaneant, quæ omnia longè perfectius in Anima peraguntur. Interdum enim adeo impressa manent ea, quæ spiritu vidit in luce illa, vt quotiescunque illustrata à Deo, attendit, eodè modo in se illa videat vt prius: sicut in speculo videntur formæ in illo representatæ, quotiescunque speculum aspicitur: adeo vt formæ illæ rerum visarum, nunquam deinceps ab anima omnino recedant, esto nonnunquam fiant aliquanto remotiores.

Effectus porro, quos huiusmodi Visiones in Anima produciunt, sunt, Quies, Illuminatio, Lætitia ad normam gloriæ, suauitas, puritas, & amor, humilitas, proinitas, seu eleuatio Spiritus ad Deum, euenitque hoc aliquando

B.

Ioannis
à CruceOpera
Mystica

NVI

124

N 2 quando

quando plus, aliquando minus, aliquando plus vnus, aliquando verò plus alterius; iuxta mensuram spiritus recipientis, vel quemadmodum DEVS voluerit.

Potesť Dæmon similes visiones.

Potesť etiam Caco dæmon similes visiones in Anima mediante aliquo naturali lumine efficere, vt èdo Phantasiæ operâ, in qua spiritali suggestione clarificat, malignus spiritus, obiecta, siue illa sint præsentia, siue absentia. Vnde super illũ S. Matthæi locũ, vbi Euangelista dicit ostendisse Christo dæmonẽ vniuersa mundi regna, & gloriam eorũ ostendit ei omnia regna mudi. asserunt nõnulli Doctores hoc factũ fuisse suggestione intelligibili, nam impossibile erat efficere, vt oculis corporeis omnia mundi regna, eorumque gloriam cernere possent. Verũ inter istas visiones, quas obijcit Dæmon & illas, quæ ex DEO oriũtur, latissimum discrimen intercedit. Effectus quippe, quos dæmoniacæ producũt in Anima, nequaquã sunt illorum instar, quos bonæ ingenerant: imò ariditatẽ siccitatẽque spiritus in tractando cũ DEO, & propensionẽ ad propriã sui ipsius æstimationem inducunt & inclinant ad illas libeter admittendas, & magni illas faciẽdas, nulloq; modo teneritudinem humilitatis, diuiniq; amoris relinquunt, sed neq; formæ visionũ istarum cũ suauis illa ac iucũda claritate inculpũtur, & imprimũtur Animæ, sicuti aliarũ: neq; tam diu durãt, imò quãtocius abolentur, & veluti ab Animã, abraduntur, nisi forte magni illas faciat Anima, tunc enim ipsa earũ æstimatio, id efficit, vt naturaliter illarũ sit memor, verũ id sit nimis aridẽ ac insipide, neq; illũ amoris humilitatisque effectum, quem visiones bonæ, cum illarũ recordatur, producunt.

Visiones istæ in quantũ sunt creaturarũ, eũm quibus nullam Deus conuenientiam proportionemq; essentialẽ habet; nõ possunt intellectui esse vsũ, & inferuire pro-

medio proximo vnionis cũ DEO. Quamobrem expedit Animæ negatiuẽ se in illis habere (sicuti & in cæteris, de quibus sumus loquuti) vt possit progressũ facere per proximũ mediũ (quod est fides) incedendo; vnde etiam non debet Anima visionum illarũ formas, quæ in ea remanent, impressæ veluti in archiuio vel thesauro quodã recondere & asseruare, neq; debet velle illis inniti: hoc enim nihil aliud esset, quã velle formis illis, imaginibus & personis, quæ circa interiora versantur occupari, nec per omnĩ rerũ abnegationẽ ad DEũ rẽdere. Dato enim casu, quod formæ illæ semper ibi representarentur; non tamẽ illã nimis præpedirent, si Anima nihil illas curet. Licet enim verũ sit formatũ istarũ memoriã stimulare animã ad aliquem DEi amorẽ contemplationemque: multo tamen amplius vrget & erigit pura fides, & obscura nuditas ab omnibus istis, neficiente Anima qua id ratione fiat, aut vnde procedat. Vnde eueniet, inflãmari Animã anxietatibus amoris DEi purissimĩ, nec tamen illa nouit vnde illæ promanarint, aut ex quo sint ortæ fundamento. Reuera tamen nihil aliud fuit, nisi quod sicut fides altiores misit radices & copiosius animæ infusa mediante illa vacuitate, tenebra, & omnium rerũ nuditate seu spiritali paupertate (omnia enim hæc vnã rẽ solam appellare licet) ita etiam simul coniunctimque radicata fuit & affluentius Animæ infusa Diuina charitas. Vnde quo amplius sese obscurare, & ab omnibus interioribus, exterioribusq; rebus, quas potest recipere, euacuare, & annihilare voluerit Anima, eò copiosior ipsi fides, Amor, & spes, infunditur. Amorem tũ istũ aliquando non percipit Anima, nec cõprehendit. Idq; eã ob causã, quia Amor iste, nequaquã residet aut subiectatur in sensũ cũ teneritudine, sed in Anima cũ fortitudine & effica-

Qualiter debet in Animã visionum istarũ gernerẽ.

Nora.

Cum ageretur in Anima fides, supertur etiam Diuina Charitas.

Matth. 4. 8. Quos S. Tho. refert 3. p. q. 41. art. 2. ad 3. Discrimen inter Dei dæmoniacas visiones.

efficacia, maiorem quam antea addens ad gerendas res animum, quamuis etiam redundet interdum & in sensum, sequere nentum ac dulcem demonstrat.

Quamobrem ad obtinendum amorem illum, lætitiã & gaudium, quod huicmodi visiones in Animã producunt, necessarium est vt insigni prædita sit animi fortitudine, & mortificatione ad volendam omnique studio conandum semetipsam denudare, euacuare & in obscuro ab omnibus collocare, & ad amorem illum ac gaudium in eo, quod non videt, nec sentit, sed nec videre sentireque in hac vitã potest, in Deo videlicet, qui est incomprehensibilis & super omnia, fundandum & stabilendum: & propterea oportet nos ad illam pergere, per omnium rerum abnegationem. Aliter enim, supposito etiam Animam adesse sagacem, humilem & fortem, vt eam non valeat demon visionibus istis decipere, nec (vt facere consuevit) in aliquam presumptionem præcipitare: non faciet tamen progressus ad vltiora, eò quòd nuditati spiritali paupertatiq; spiritus, & vacuitati in fide, quæ requiruntur, (sicuti dictum est) ad vnionem Animæ cum Deo, obstatulum ponit. Et quoniam eadem doctrina, quam decimo nono & vigesimo capite de visionibus & apprehensionibus supernaturalibus sensus tradidimus, istis etiam visionibus applicati deseruireq; potest, non ero prolixior, nec tempus in eã dilatanda, consumam.

CAPVT XXV.

In quo de Reuelationibus disputatur, quidnam ea sint declaratur, & quedam earum diuisio proponitur.

Secundum propositum nobis ordinem tractandum nobis iam est, de secundo

spiritali apprehensionũ modo, quæ Reuelationes superius appellauimus, quarum nonnullæ ad Prophetiæ spiritũ propriè pertinent. Circa quòd sciendum est primo loco, Reuelationem nihil esse aliud, quam alicuius occultæ veritatis detectionem, vel arcani alicuius, aut mysterij manifestationem. Vt si exempli causa aperiret Deus alicui Animæ, rem aliquam vt illa in se est, declarandõ intellectui veritatem ipsius; vel aliquas res, quas fecisset ipse, vel facit, vel facere disponit, manifestaret. Et secundum hanc doctrinam, asserere possumus in duplici differentia Reuelationes reperiri: quædam sunt refectiones veritatum intellectui factæ, quæ propriæ intellectuales notitiæ, vel certè intelligentiæ appellantur, quædam verò manifestationes sunt arcanorũ, & hæ magis propriè quam istæ aliæ, dicuntur Reuelationes. Priores enim non possunt in rigore vocari Reuelationes; illæ siquidem in eo consistunt, vt Deus cognoscere faciat Animam veritates nudas, non solum ad res temporales spectantes, sed etiam ad spirituales, apertè & manifestè illi eas demonstrando. De quibus sub Reuelationum nomine tractare volui, primo ob magnam illarum inter se propinquitatem & colligationem, secundo ne tot distinctionũ nomina multiplicarẽ.

His itaque suppositis, optime nunc possumus Reuelationes in duo apprehensionum genera distinguere, quorum vnum intellectuales notitias nuncupabimus, aliud verò secretorum arcanorumq; Dei Mysteriorum manifestationem; de quibus duobus capitibus, quam breuissimè fieri poterit tractabimus, in proximè sequenti de intellectualibus notitijs agendo.

(··)

N. 2

CA.

B.

Iohannis
de CruceOpera
Mystica

NVI

124

Reuelationes in duplici reperuntur differentiã.

Quidnam sit Reuelatio?

CAPVT XXVI.

In quo de intelligentijs nudarum veritatum in intellectu differitur, docet eas in duplici esse differentia, & qua ratione se debeat in illis gerere Anima

AD propriè appositèq; de hac nudarum veritatum Intelligentia, quæ intellectui confertur, loquendum, requirebatur profecto vt ipsemet Deus arripere manum, calamumq; dirigeret. Scire siquidem te opto dilecte Lector vniuersam superare eloquentiam id. quod huiusmodi Intelligentiæ in se ipsis sunt pro Anima. Sed quoniam ego non ago de illis hoc loco ex professo, sed solummodo ad instruendam ac dirigendam in illis Animam ad Diuinam vnionem, æqui bonique consulatur, si de illis compendiosè & modificate, quantum ad propositum nostram satis erit, disseramus.

Hic visionum modus, vel vt aptius loquar, noticiarum nudarum veritatum, est admodum ab eo diuersus, de quo vigesimo secundo capite sumus locuti, non enim eo ritu fiunt, quo corporeæ res ab intellectu conspiciuntur, sed modus hic in hoc situs est vt intelligantur ac videantur intellectu veritates Diuinæ, siue veritates de rebus, vel super rebus, quæ sunt, fuerunt, & erunt. Quod est spiritui Prophetico admodum conforme & consentaneum, quemadmodum fortasse postmodum explicabimus. Hinc notandum est istud noticiarum genus, in duas species distinguui. Quarum quædam eueniunt Animæ circa Creatorem, aliæ verò circa creaturas versantur, vt diximus. Et quamuis ambæ persuasives sint animæ, voluptas tamen, quam illi adferunt Diuinæ, tantopere ex-

Dua istarum noticiarum seu intelligentiarum species.

cellit, vt nihil possit reperiri cui confertur possint, neque verba suppetant, quibus dignè possint exprimi. Sunt quippe ipsiusmet Dei notitiæ & ipsiusmet Dei delitiæ, cui vrait Dauid, nihil simile; *Non est qui similis sit tibi.* Contingunt enim huiusmodi notitiæ directe circa ipsū Deum, sublimissimè sentiendo de aliquo ipsius attributo, nunc de eius omnipotentia, nunc de fortitudine, nunc de Bonitate, Dulcedine, &c. & quotiescunque hæc intelligentia percipitur, inserit in generatque Animæ id ipsum quod percipit seu sentit. In quatum enim est pura contemplatio, aduerit anima impossibile esse aliquid de eo effari, nisi forte aliquibus terminis ac locutionibus genericis & vniuersalibus, in quas deliciarum bonorumque copia, quam ibi percipit, Animam ista patientem facit prorumpere, non ita tamen vt per illa perfectè intelligi possit id, quod ibi Anima sensu & degustauit. Vnde Dauid istorum aliquid expertus, verbis solummodo communibus genericisque illa declarauit dicens.

Iudicia Domini vera. hoc est, ea quæ nos iudicamus & sentimus de Deo, & de virtutibus ac attributis eius in ipso experimur, vera sunt. *iustificata in semetipsis: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dalciora super mel & sauum.* De Mose quoque legimus, quod in sublimissima quadam notitia, quam illi de se in transitu quodam impertijt DEVS; id quod sentiebat communibus duntaxat verbis exposuit, transeunte enim Domino per eum in notitia illa magno cum impetu solo stratus, dixit, *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens & multa miserationis, ac verax. Qui custodi misericordiam in milia.* Vnde apparet, quod cum nequiret Moyses id quod in DEO vna sola notitia cognouerit,

nonerat, manifestare, expressit illud, & omnibus illis verbis eructauit. Et quamuisdam notitijs istis fruitur Anima, soleat interdum in aliqua verba prorumpere, optime tamen animaduertit, nihil se ex ijs quæ sensit, expressisse, videt enim nullocæ apto nomine explicari posse. Quare S. Paulus sublimi illa notitia Dei potius, non est conatus verbis illam propalare, sed tantum non licere de ea hominibus loqui dixit.

Diuinæ istæ notitiæ, quæ circa Deum versantur, nunquam sunt de rebus particularibus. In quantum enim circa supremum Principium occupantur, non possunt in particulari verbis offerri, nisi forte sese extenderet, hæc cognitio ad aliquam aliam veritatem Deo minorem, quæ aliqua ratione explicari possit, sed notitiæ illæ Generales, nullo modo.

Itas verò sublimes amorosæque notitias nulla consuetudo valet Anima, nisi, quæ iam ad vniouem cum Deo protracta est; cum ipsæ ad vniouem iam pertinent: nam in quodam actu, qui inter Animam & veritatem Diuinam fit, consistunt, quare ipsemet Deus est ille, qui ibi percipitur & degustatur; & quamuis non ita clarè manifesteque, sicut in gloria, nihilo secius tamen adeò sublimis excelsusque est attractus notitiæ & suauitatis, vt intimas quasque animæ medullas peruadat & penetret: neque potest sibi demon sese interponere, neque simile quid comminifci (nihil quippe simile, cuique conferti valeat reperitur) nec demum similem suauitatem ac voluptatem infundere: notitiæ siquidem illæ Diuinam aliquo modo essentiam, & vitam æternam sapiunt. Dæmon autem nullo pacto, rem tantopere eminentem fingere potest. Posset nihilominus veluti

simia aliqua, apparenter obtrudere, representando Animæ, magnitudines quasdam & sarietates, repletionisque admodum sensibiles, omnem mouendo lapidem vt persuadeat Animæ, illud verè ipsum esse Deum; non tamen facere potest, vt hæc ipsius commenta intima Animæ penetrabilia peruadant, illamque renouent, & subitaneo amore inflamment, quem admodum solent diuinæ.

Reperiuntur enim quædam ex istis notitiæ & tactus, quos Deus in ipsa Animæ substantia perficit; qui taliter illam locupletant & ditant, vt non solum vnus illorum, ad auferendas vna vice imperfectiones aliquas, quas ipsa toto vitæ suæ decursu eliminare nequiebat, satis sit; sed etiam eam virtutibus ac donis Diuinis affatim repleat. Sunt verò tactus isti adeò suaves, adeoque intima voluptate perfundunt Animam, vt vnicuique illorum, vniuersos totius vitæ suæ labores & dolores, licet illi essent innumeri, abundè remuneratos arbitretur: redditurque inde tantopere magnanima, & propter Deum multa patiendi auida, vt singulariter affligatur quotiescunque se non multa pati animaduertit.

Ad sublimes istas notitias nequit Anima cooperatione aliqua sua vel imaginatione pertingere: vt enim diximus, sunt illæ super omnia ista; vnde etiam oblique habilitate aptitudineque Animæ efficit illas Deus in ipsa. Hinc est, quod nunquam eum minus illa cogitat, minusque eos exoptat, consuevit Deus istos diuinos tactus illi concedere, per quos in ea quasdam reminiscencias seu commensationes Dei efficit. Et istæ interdum subitanè in ea producuntur, reducunt sibi in memoriam Anima res aliquas, interdum etiam minimas. Sunt autem tantopere efficaces, atque sensibiles, vt

*Nec illas
Dæmon
fingere
valet.*

*Ad sublimes
istas
notitias
nequit a-
nima ali-
qua sua
cooperati-
one per-
tingere.*

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

*Quanta
sit istorum
actuum
efficacia?*

aliquando non solum Animam, sed ipsum etiam corpus, faciant contremiscere. Alias vero in spiritu admodum tranquillo absque tremore vilo, cum sublimi quodam voluptatis & suavitatis sensu, ac spiritus refocillatione, eueniunt.

Aliquando etiam in verbo aliquo, vel dicto vel addito, siue illud sit ex sacris literis, siue aliunde de promptum contingunt, non tamen eiusdem semper sunt efficaciam & suavitatis, multoties enim in valde remisso gradu contingunt: verum licet maxime sint remissi, maioris certe valoris æstimationisq; est vnica commonefactio tactusque huiusmodi à DEO Animam concessus, quam plures alia creaturarum ac operum DEI notitiæ ac considerationes.

*Qualiter
se anima
in notitijs
istis gerere
debeat?*

NOTA.
*In notitijs
istis non se
debet ani-
ma nega-
tiue habere.*

Quoniam vero notitiæ istæ subitanè ac derepente (sicuti diximus) & absque liberi arbitrij assensu tribuuntur Animæ, non est, quod illas adipisci conetur vel non conetur, sed se humilem resignatamque circa illas, exhibeat. DEVS enim opus suum, quomodo & qualiter illi placuerit, perficiet. In istis porro notitijs, non dico vt se habeat Anima, negatiuè, quemadmodum in cæteris apprehensionibus: nam (sicuti hoc loco diximus) ipsæ sunt vnionis pars, ad quam dirigimus Animam. Ad quem etiam vnionis Diuinæ consequendum finem, docuimus illam sese à cæteris omnibus notitijs denudare, ac abstrahere. Præstantissimum verò medium ad obtinendos à DEO huiusmodi tactus & notitias debet esse Humilitas, & DEI amore pati cum resignatione, & sine omni retributionis intura. Huiusmodi siquidè fauores non conceduntur Animabus proprietarijs, proueniunt enim ex singulari admodum dilectione DEI erga Animam, cum etiam reciproce diligat eum Anima purissimo Amore, nulloq; commodi pro-

*Præstan-
tissimum
medium
ad Tactus
istos Diui-
nos obti-
nendos.
Huiusmo-
di Diuini
fauores non
conceduntur
animab.
proprietarijs.*

prij respectu permixto. Et hoc est illud quod DEI filius significare voluit per S. Ioannem quando dixit. *Qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Quibus verbis notitiæ tactusque (de quibus loquimur) quos DEVS Animam se in veritate diligenti exhibet, & manifestat, continentur.

Secundus noticiarum vel visionum modus, veritatem videlicet interiorum, plurimum ab eo, de quo disputauimus, differt, eò quod circa ea, quæ DEO sunt interiora, versetur. In isto noticiarum modo, veritatis rerum vt in se sunt cognitio, necnon eorum, quæ inter homines, aguntur & eueniunt; continetur. Est autem huiusmodi naturæ hæc cognitio, quod quando confertur Animæ istarum veritatum notitia, adeò illæ in intemibus eius imprimuntur, absque eò quod aliquis quidpiam ei dixerit; vt licet contrarium dici asserique audiat, nullo pacto interiorum assensum illi præbere valeat, licet etiam sibi ipsi vim inferat ad contrarijs assentiendum: intuetur enim & cognoscit aliquid aliud spiritus ipsius, in eo, quod illi spiritualiter fuit representatum, estque ei perinde ac si illud clarè cerneret; potestque res hæc ad Spiritum Prophetiæ, vel ad illam gratiam quam S. Paulus *Donum discretionis Spirituum* appellat, reduci. Quamuis autem adeò certè & indubitate constet illud Animæ (vt diximus) non potest tamen non sequi id, quod spiritualis eius Magister iusserit, etiam si illud plurimum illi, quod ipsa percipit & sentit, repugnet, vt possit hac ratione dirigi Anima in fide ad vnionem Diuinam, ad quam potius tendere debet, credendo quam intelligendo.

Extant vtriusque rei liquida manifesta- que in Diuinis literis testimonia. De particulari etenim cognitione, quæ de rebus haberi potest, hæc protulit verba Sapiens.

ipse

ipſe enim dedit mihi horum, que ſunt ſcientiam
vera, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, &
virtutes elementorum, initium & conſumatio-
nem, & medietatem temporum, viciffitudi-
nem, permutaciones, & commutaciones tempo-
rum, anni curſus & ſtellarũ diſpoſitiones, natu-
ras animalium, & iras beſtiarum, vim ventorũ,
& cogitaciones hominum, differentias virgulo-
rum, & virtutes radicum, & quacunq; ſunt
abſoſa & improuiſa didici. Omnium enim
artifex docuit me ſapientia. Quamuis autem
iſta omnium rerum notitia, quam ſe hoc
loco à Deo accepiſſe fatetur Sapiens, ge-
neralis fuerit & infula; eodem tamen te-
ſtimonio vniuerſe notitiæ, quas particu-
lariter Animabus Deus via ſupernaturali,
quando ipſe voluerit, inſundit, ſufficiẽter
comprobantur. Non quod illis largiatur
Deus generalem ſciẽtiæ habitum, quem
admodum rerum, quas recentuiſimus, lar-
gens eſt Salomoni, ſed maniſeſtando illis
interdum veritates nonnullas, quarum-
cunq; rerum iſtarum, quas hic Sapiens
enumerat.

Quamquam verum ſit, Dominum no-
ſtrum inſundere etiã pluſibus animabus,
multarum rerum habitus, nunquam tamẽ
adeo vniuerſales ſicut Salomoni, ſed
ſunt habitus iſti, ſecundum differentiã illã
donorum, quæ S. Paulus recenſet, & quæ
diuidit Deus prout vult, inter quæ nume-
rat ſapientiam, ſcientiam, fidem, prophetiam,
ſpirituũ diſcretionem, intelligentiam Lingua-
rum, declarationem ſermonum. Quæ vniuer-
ſe notitiæ dona ſunt infula, quæ gratis
conferret Deus cui voluerit, ſicuti ea ſanctis
Prophetis & Apoſtolis, & alijs ſanctis lar-
gitur.

Verũ id quod nunc aſſerimus eſt, præ-
ter iſtas gratias gratis datas, ſolere perſo-
nas perfectas vel certè illas, quæ iam in via
perfectiõnis progreſſum faciunt, crebrò
admodum & ordinariẽ illuſtrari præſen-

tiumq; vel etiam abſentium rerum no-
titiã habere: quas mediante luce quam in
ſpiritu iam illuminato purgato recipiunt,
agnoſcũt. Quæ de re intelligere & explica-
re illa Prouerborũ verba poſſumus, ſcili-
cet. Quomodo in aquis reſplendet vultus proſpi-
cientium, ſic corda hominũ maniſeſta ſunt pru-
dentibus. illis ſcilicet, qui adepti ſunt ſapi-
entiam ſanctorum: quam hic ſacræ literæ
Prudentiam appellant. Ad eundẽ quoque
modum huiusmodi illuminati ſpiritus, a-
lias etiam interdum res agnoſcunt, licet
non quando cumq; illis libuerit: hoc enim
eorum duntaxat eſt, qui huius notitiæ ha-
bitum conſecuti ſunt; ſed nec iſti ſemper
agnoſcunt omnia, hoc ſiquidem ſit,
ſicuti placuerit Deo fauorem illis impen-
dere.

Sciẽdum tamen eſt, homines iſtos, qui
ſpiritu purgatum adepti ſunt, multo fa-
cilius (quamuis quidam plus cæteris) co-
gnoſcere ea, quæ in cordibus ſpirituq; in-
teriori aliorum geruntur, inclinationes
quoq; & talenta eorum, & hoc ex indi-
cijs externis, licet interdum minimis, exem-
pli gratia ex verbis, nutibus, alijsque de-
monſtrationibus. Quemadmodum enim
Dæmon iſtud idcirco præualet, quia ſpiri-
tus eſt: ita etiã hoc ipſum poteſt ſpiritua-
lis homo iuxta Apoſtoli dictum, *Spiritu-
lis autem iudicat omnia: Et iterum, Spiritus
omnia ſcrutatur, etiam profunda DEI.* Vn-
de etiam ſi, ſecundum naturæ ordinem
nequeant ſpirituales homines aliorum
cogitaciones interioraque agnoſcere; per
ſupernaturalem tamen illuſtrationem, ex
indicijs optimè ea poſſunt perſpecta
habere. Et licet in cognitione ex indi-
cijs deducta multoties poſſint decipi, pluries
tamen veritatem attingunt. Neutri ta-
men horum ſidendum eſt; dæmon ſiqui-
dem (ſicut iam dicturi ſumus) ſolet ſe re-
bus iſtis maximopere magraq; cum

*Hominis
Spiritus
purgatus
adepti, fa-
cile agnoſ-
cunt, quæ
in aliorum
cordibus
geruntur,
& quare?*

*1. Cor. 2. 15
Ibidem.*

*Huiusmo-
di de alie-
nis factis
& cogita-
tionibus
notitia, re-
ſpectu ſemper
& repu-
dian-
de, et ſo-*

B.

Iohannis
de CruceOpera
Mystica

NVI

124

subtilitate immiscere ac interponere: quã obrem repudiari, & reijci semper debent huiusmodi intelligentiã vel notitiã.

Quod autem eorum, quã ab hominibus geruntur, & quã illis contingunt, possint spirituales etiam absentes notitiã habere, probatur libri quarti Regum testimonio, ubi cum Giezi minister *Nostri Patris Sancti ELISAEI* celare vellet pecuniam quandam à Naaman Syro acceptam dixit ELISAEVS. *Nonne cor meum in presenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuum?* Quod fit, spiritu res intuendo, ac si in præsentiã agerentur. Idem etiam ex eodem libro demonstratur, ubi de eodem Propheta legitur; quod cognoscens quidquid Syriã Rex cum suis Principibus in secreto recessu loqueretur, nunciabat illud Israelitico Regi: quam obrem cassa irritaque ipsius consilia euadebant; adeò vt animaduertens Rex Syriã vniuersa sua consilia Regi Israel patere, dixerit iuis. *Quare non indicatis mihi, quis proditor meus sit apud Regem Israel?* Tuncque illi vna seruatorum eius dixit. *Nequaquam Domine mi Rex, sed ELISAEVS Propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba, quacumque locutus fueris in conclauis tuo.*

Vtraque notitiarum istarum euenit etiam Animã passiuè sese habenti, & absque vlla ipsius cooperatione. Contingit quippe, quod manente Anima valde à cogitatione alicuius rei aliena; obijciatur illi in spiritu viuã eorum, quã audit legitque; intelligentia, clarior etiã & manifestior multo, quam ipsa verba sonant: interdum etiam hoc accidit, licet verba ipsa minime intelligat, & ne quidem si Latina sint an non sciat; repræsenteatur tamen ei, eorũ notitiã verbis non intellectis.

Multa disenda occurrunt de fraudibus & deceptionibus, quas potest dæ-

mon machinari, & de facto machinatur in hoc notitiarum ac intelligentiarum modo, incredibiles profecto & occultissimi sunt laquei & deceptiones, quibus hic vitur: in quantum videlicet suggestionibus suis repræsenteare Animã multas intellectuales notitiã potest, viendo ad hunc finem sensibus corporeis; adeoque illas vehementer imprimit, vt omninò aliter se rem non habere appareat: & nisi humilis ac circumspicua fuerit Anima, mille illi dubio procut, ingret & persuasus debet mendacia. Dæmonis siquidem suggestio, magnam interdum vim facit animã, tunc maximè, cum aliquatenus de debilitate sensus participat, in quo dæmon cum tanta efficacia, vt persuasione, stabilitateque notitiã imprimit; vt multa tunc oratione & violentia ad illam expellendam indigeat anima. Solet enim aliquando falso & magna cum claritate aliena peccata, nec non doprauitas conscientias & animas manifestare, totumque hoc facit, vt illas infamet & excitet in eis desiderium illa propalandi, vt sic multa committantur peccata, zelum etiam in Anima accendit, illique persuadet hæc omnia ad hunc fieri finem, vt ista Deo precibus commendentur. Nam licet ambigere nõ liceat, Deum interdum animabus sanctis proximorum suorum necessitates repræsenteare, vt ipsi eas illi commendent, vel aliquod illis remedium adferant, quemadmodum legimus manifestasse Hieremiã infirmitatem Prophetæ Baruch, ad hoc, vt illi circa eã doctrinam instructionemque præberet; plurimis tamen vicibus facit hoc dæmon, idque falso vt alios peccati infamet, vel illos affligat, quã res multis nobis experimentis constat. Alijs quoque vicibus, alias inferit & imprimit notitiã, inducitque ad credendum eas.

Vni-

4. Reg. 5.
26.4. Reg. 6.
11.

Vniuersæ notitiæ istæ siue proficiantur à Deo, siue non, exiguam admodum adferre possunt Animæ utilitatem, quantum spectat ad eam in itinere ad Deū promouendam, si præsertim Anima illis vi & in hære re voluerit, imò nisi adsit sollicitudo, curaque illas abnegandi, non præpedient duntaxat illam, sed graue etiam dānam adferrent & in multis præcipitabūt errores. Omnia siquidem inconuenientia & pericula, quæ reperiri posse docuimus in supernaturalibus apprehensionibus, de quibus hucusque egimus, & multo plura, in illis quoque inueniri possunt. Quapropter non ero hoc loco in ijs prosequendis fusior, cum in præteritis sufficienter præbuerimus doctrinā; superest, vt serio adoneamus, vt magna cura diligentiaque abnegentur, desiderando ad Deū pergere potius per ignorātiā; semperq; suo Cōfessario vel spiritali Magistro omniū ratio reddatur, & fideliter illi semper & in omnibus obtemperetur. Porro Magister admodum leui passu Animam per eas faciat transire, efficiatq; ne illis immoretur aut in hæreat, cum nullius illi sint momētū ad suam ad Vnionem iter peragendum: cum vti monuimus, rerum istarum, quæ passiuè Animæ tribuuntur, semper remaneat in ea effectus, quem Deus voluerit. Vnde non iudico aliquid referre, vt hoc loco recenseamus effectum, quem veræ producunt notitiæ, quem etiam malæ & falsæ: hoc enim esset in vanum defatigare lectorem, & nunquam hanc tractationem absolueret: effectus siquidem istarum non possunt ad compēdiosam reduci doctrinam. Cum enim notitiæ istæ multæ sint, & admodum variæ, etiam tales sunt, earū effectus. Datoque, bonas semper bonos effectus, ad bonumq; finē destinatos producere, malas verò itidem malos, & ad finem improbum, satis dicendo dūm-

taxat, vt abnegentur, & quomodo id fieri debeat, de hac materia dictum est.

CAPVT XXVII.

In quo de secundo Reuelationum genere, detectione videlicet vel manifestatione arcanorum, & occultorum mysteriorum agitur. Docetur etiam, quam ratione vsui esse ad Vnionem cum Deo, & qua ratione illam præpedire possint, & qualiter demon hac in parte grauius decipere potest.

SECUNDUM Reuelationū genus dicebamus esse arcanorū, & occultorū mysteriorū manifestationē. Hæc itaq; dupliciter cōtingere potest. Primus modus circa Deum vt in se est, versatur: & in hoc, reuelatio mysterij Trinitatis Sanctissimæ, Deique vnitatis continetur. Secundus verò circa id, quod est DEVS in operibus suis, occupatur: & in hoc, cæteri sanctæ nostræ Catholicæ fidei articuli, nec non propositiones veritatum, quæ ex illis explicitè deduci elicique possunt comprehenduntur. Sub quibus propositionibus, magna multitudo Prophetarum reuelationum, promissionum, comminationumq; diuinarum, & aliarum rerum, quæ futuræ erant, & adhuc sunt futuræ, continetur. Possimus præterea ad hunc secundum reuelationum modum, alios plures particulares euentus reducere, quos ordinariè reuelat DEVS, tam circa totum mundum, in genere, quam etiam in particulari circa Regna, Prouinciās, Status, familias, personas deniq; singulares. Quarum rerum abundè nobis suppetunt in sacris literis exempla, præsertim in Prophetarū omnium scriptis, in quibus omnes isti reuelationum modi repetuntur. Quæ cura manifesta obuiaque sint, nolo in ijs huc

Hæc auenorū manifestatio dupliciter evenire potest.

B.

Iohannis
in CruceOpera
Mystica

NVI

129

conueniendis diutius immorari; illud solum dico Reuelationes istas non verbis solum, sermonibusque exprimi & propagari, sed etiam multifariam multisque modis à DEO promanare; interdum solis verbis; nonnunquam solis signis, figuris, imaginibus, vel solis similitudinibus: aliquando etiam utroque modo, & verbis scilicet & signis, sicuti etiam videre licet apud Prophetas, præsertim verò in vniuerso Apocalypseos libro, in quo non solum cuncta Reuelationum genera, de quibus sumus loquuti, sed etiam modi & diuersitates earum, quas hoc loco descripsimus, reperiuntur.

Reuelationes has, quæ in secundo ipsarum modo continentur, hoc quoque tempore largitur Deus, cui voluerit, consuevit quippe aliquibus personis, eorum vitæ terminum pate facere; vel quas passuri sunt tribulationes; quid etiam tali vel tali personæ, tali vel tali Regno imminere sitque euenturum. Imò etiam mysteriorum fidei nostræ veritates aperire, & spiritui (interueniente peculiari lumine & ponderatione) elucidare solet; licet hoc non appelletur propriè reuelatio; cum iam sit reuelatum: sed potius est rerum iam reuelatarum manifestatio & dilucidatio.

Loquendo itaque de illis, quas Reuelationes nuncupamus (non enim in præfenti de iam reuelatis dissero, cuiusmodi sunt fidei mysteria) dico posse dæmonem non leuiter illis sese artesque suas interponere & immiscere. Cùm enim huius generis reuelationes ut plurimum medijs verbis, figuris, & similitudinibus &c. eueniant, optimè dæmon tantundem simulare potest: si tamen primo vel secundo, de quo hoc loco agimus reuelationum modo, in quantum fidei nostræ argana concernit; noui vel diuersi aliquid

nobis reuelaretur: nulla illi ratione assentiri debemus. Ita enim S. Paulus docuit dicens. *Sed licet nos, aut Angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit: Quamobrem nullo modo admitti debet, quidquid denuo reuelaretur Animæ ad fidem spectans, præterquam quod istud expedit ei, tum ob cautelam necessariam, ne forte reuelationum istarum occasione, alias admittat simul varietates, tum etiam ob Animæ puritatem, quam oportet ei in fide habere. Sed in captiuitatem redigendo intellectum, simpliciter inditatur & adhaereat doctrinæ Ecclesiæ & fidei eius, quæ ut assertit S. Paulus, per auditum ingreditur: Fides ex auditu: nec facile leuiter que accomodat fidem aut intellectum, huiusmodi rebus denuo reuelatis, si falli decipi que nolit. Caco dæmon siquidem, ut decipiat & mendacia obtudat: primo veritatibus rebusque verisimilibus inecat animam; ut eam securam beneque persuasam reddat: facitque hoc furoris instar, qui primo loco inserit corio rigidam setam, quæ postmodum molle intrabit filum, quod nullo pacto penetrare corium posset, nisi præuia seta. Quæ in re maxima adhibenda est circumspectio, quamuis enim verum certumque esset, nullum dicitur deceptionis imminere periculum, plurimum tamen expedit animæ nolle intellectu percipere res claras & manifestas, ut purum ac illibatam fidei meritum tueatur: ut que per istam intellectus noctem, ad vnionis diuinæ lucem, valeat peruenire.*

Tantique momenti est oculis intellectus oclusis, præteritarum prophetiarum veritatibus, in quacunque Reuelatione noua inherere, ut licet S. Petrus filij DEI gloriam in monte Thabor fuerit intuitus, nihilominus tamen
hzc.

Gal. 1.

Rom. 10. & 17.

Quibus artibus decipiat dæmon.

hæc dicitur
de Reuelatione
fidei
quæ per
spiritum
sanctum
reuelatur
et non
per sensum
humani
intellectus
et non
per litteras
et non
per sensum
humani
intellectus
et non
per litteras

hæc protulerit verba. *Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefactis attendemus, id est, Licet verissima fuerit Visio, quam de Christo in monte Thabor habuimus; firmior tamen certiorque est Propheticus sermo, nobis reuelatus, cui innitendo rectè facitis.*

Quod si ex causis & rationibus iam adductis manifeste conuincitur, minime conueniens esse præbere aditum, oculosque in reuelationes nouas, quæ circa fidei propositiones contingunt curiose conijcere, quantum magis necessarium erit, hullo admittente modo, nullamque adhibere fidem reuelationibus illis, quæ sunt de rebus diuersis & differentibus, in quibus persuadendis imprimendisque ordinariè tantum dæmon conatum adhibet, vt veluti impossibile iudicem, non pluuius illarum decipi eum, qui non illas respuit ac repudiat: tanta est veritatis earum apparentia, tamque eas vehementer imprimat inimicus: tot enim evaceruat conglobatque apparentias, & credibilitatis earum conuenientias, ad eòque firmiter eas sensui & imaginationi insculpit, vt miseræ animæ omnino ita euenturum videatur: adeoque persuasam reddit Animam: vt nisi illa insigni sit prædita humilitate, vix à concepta opinione ditelli, vixque sibi contrarium persuaderi, patiatur.

Propterea pura, simplex, cauta humilisque Anima repugnare debet, respuere & abijcere reuelationes aliasque Visiones: nulla siquidem necessitas eas volendi & admittendi apparet, quin imò recusare repudiareque illas oportet, vt ad vnionem amoris iri possit. Hoc enim significare voluit Salomon cum dixit: *Quid necesse est homini maiora se querere?* ac si patentius dixisset: nulla suppetit necessitas ad Perfectionem assequendam, supernaturalia, supernaturali, ac præterordinaria via exop-

tandi, & res, quæ capacitatem ipsius superant, requirendi. Et quia difficultatibus & obiectionibus, quæ doctrinæ huic contrariari possent, capite decimo nono & vigesimo libri huius satisfactum est; ablegando illuc Lectorem, ab ampliori de istis Reuelationibus tractatione desisto: Cum satis superque sit monuisse, expedire Animam prudenter ab omnibus illis cauere, vt pura & absq; errore, per fidei noctem, ad diuinam vnionem valeat proficisci,

CAPVT XXVIII.

In quo de interioribus Loquutionibus, quæ supernaturaliter Spiritui euenire possunt, agitur. Quotque modis contingant, describitur.

NEcesse est prudentem Lectorem, semper meminisse intentionis finisque, quæ ego mihi in hoc libro proposui: qui nullus alius est, quàm absq; errore, & offendiculo vllò, animam per vniuersas naturales & supernaturales ipsius apprehensiones in fidei puritate ad Vnionem cum Deo, dirigere ac deducere. Vt hinc intelligat, quæ licet doctrinam, quam de Animæ apprehensionibus trado, non ad eò minutatim, multisque allatis diuisionibus prosequar, sicuti fortassis requireret intellectus, non tamen nimis breuis aut insufficiens hac in parte remaneo, si quidem existimo de omnibus sufficientia me tradere monita, lucemque ac documenta, ad hoc vt sciat anima, qualiter prudenter se in omnibus suis, tam internis, quam externis casibus gerere debeat, vt ad anteriora progredi valeat, præbere. Et hæc potissimum causa est, cur tam compendiose apprehensiones Prophetiarum absoluerim, quemadmodum etiam in reliquis feci. Cum tamen

Q 3 multa

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

Sæpe præ oculis habendum, quæ sit authoris intentio in hoc libro.

multa circa quamlibet illarum, secundum discrimina modosque earum dicenda occurrerent; cuiusmodi enim sunt, ut iudicem nunquam posse integram illarum notitiam haberi: quare satis mihi est, quod (ut mihi videtur) abunde illarum substantia explicata sit, doctrinaque & cautela pro illis, & pro omnibus alijs, ipsis similibus, quæ animæ contingere possent, necessaria, tradita. Id ipsum etiã circa tertium apprehensionum modum præstabo, quem dicebamus esse supernaturales loquutiones absque vlllo corporei sensus interuentu, spiritualibus personis fieri solitas: quæ licet multiplices sint: omnes tamen ad has tres reduci posse arbitror, videlicet ad loquutiones seu verba successiua, formalia & substantialia. Successiua appello, verba quædam & rationes, quas spiritus ipse, in seipso receptus seu collectus, conuenit secum ipse efformare & ratiocinari. Formalia sunt quædam verba distincta, & efformata, quæ spiritus non iam à seipso, sed ab aliquâ aliâ persona aliquando recolletus, aliquando verò minimè, suscipit. Substantialia sunt quædam alia verba, quæ etiam formaliter spiritui fiunt, interdum recolletus, interdum verò nequaquam, quæ verba in intimis Animæ substantiam illam & virtutem, quam significant, producant. De quibus omnibus hic ordine suo differemus.

CAPVT XXIX.

In quo de primo verborum genere, quæ interdum Spiritus recolletus in se efformare solet, disputatur. Eorum causa assignatur, commodaque & incommoda, quæ ex illis emergere possunt, adducuntur.

Qua ratione verba successiua formantur.

Quotiescunque accidunt hæc successiua verba, id fieri solet, cum spiritus

introuersus est, & alicui considerationi admodum intentus, & veluti absorptus, & circa eandem, de qua meditatur materiam, ipsemet Spiritus vnus ex alio deducendo, verba rationesque admodum appositae efformat, facitque hoc cum tanta facilitate & distinctione; necnon circa materiam illã res ad eò sibi ignotas ratiocinando detegit, ut omnino illi videatur non esse se illum, qui hæc facit, sed aliam personam, quæ interius illum alloquitur, vel illi responderet, eumque erudit: Et ut verum fatear, magna subest causa hæc cogitandi, & suspicandi: ipsemet enim secum colloquitur, sibi que respondet quemadmodum vna persona cum alia loqueretur: & aliquo modo ita est. Quãuis enim ipsemet Spiritus sit ille, qui hæc efficit, Spiritus tamen sanctus multoties fert opem illi, ad efformandos producendosque illos conceptus, verba & rationes, veritati consentaneas. Vnde & illa pronunciat ac dicit sibi ipsi ac si esset distincta persona. Cum enim intellectus vnitus tunc, & agglutinetur sit veritati illius rei, quam considerat, & Spiritus Diuinus sit etiam illi coniunctus; hinc prouenit, ut communicando hoc modo intellectus cum spiritu diuino, veritate illa mediante, efformet simul interius & successiue cæteras veritates, quæ ad illam rem, quam mente versabat, pertinent, aperiente tamen ostium, lumenque præbente Spiritu S. vero Doctore. Hic siquidem est vnus, ex modis illis, quibus docet Spiritus sanctus. Hocque modo illuminatus & instructus ab hoc magistro intellectus, veritates illas penetrando, efformat simul illa effata seu dicta, super veritatibus aliunde sibi communicatis. Ita ut merito dicere possimus. Vocem, vocem esse Iacob, manus autem manu Esau. Nec vnquam credere sibi que persuadere poterit, qui huiusmodi res percipit hoc

hoc se modo res habere, sed verba dictaque illa, alterius etiam esse personæ. Ignorat enim quanta facilitate valet intellectus sibi ipsi formare verba, super conceptibus, & veritatibus etiam ab alia persona sibi communicatis.

Et licet verum sit illi communicationi ac illustrationi intellectus nullam, natura sua, subesse falsitatem & deceptionem; potest nihilominus subesse, imò sæpenumero subest formalibus verbis, rationibusque quas super illis intellectus format. Cum enim lux illa, quæ ei confertur, interdum sit admodum delicata, & spiritualis, ita ut non attingat intellectus perfectam illius cognitionem, ipse verò sit ille, qui (sicut diximus) ex seipso rationes efformat; hinc est, ut crebro formet illas à veritate alienas, aliquando autem verosimiles, vel imperfectas. Cum enim à principio veritatis filum artipuerit, statimque ex suo addat habilitatem, vel potius ruditatem, & inertiam vilis, & abiecti intellectus sui; facile illi est, varias res secundum capacitatem suam comminisci, idque taliter, ac si aliqua persona loqueretur. Noui ego personam quandam, cui cum huiusmodi successivæ fierent loquutiones, inter alias verissimas & substantiales, quæ de sacratissimo Eucharistiæ Sacramento formabat, inveniabantur nonnullæ, admodum erroneæ.

Et non mediocriter admiror id, quod nostris istis contingit temporibus: quod scilicet quamcunque vulgaris Anima, quæ vix modicum quid meditationis, adepta est: si aliquas ex istis percipiat loquutiones, alicuius introversionis tempore, confestim illas velut à Deo perfectas æstimat & appellat, atque ita esse certo supponit, dicendo. Dixit mihi Deus: Respondit mihi Deus, cum tamen aliter res habeat; ipseque (vix diximus)

ut plurimum sibi eas dicant. Desiderium præterea, & amor, quo erga res huiusmodi in spiritu flagrant, efficit, ut sibi ipsi illa respondeant, & Deum sibi ea dicere, ac respondere arbitrentur. Hinc in magna huiusmodi homines ruunt deliramenta: nisi potenter sese coerceant, & is, qui illarum spiritualem curam gerit, eis persuadeat, istiusmodi discursuum abnegationem. Plus enim ex discursibus istis, ineptarum subtilitatum, ac impuritatis eliciunt animæ, quam humilitatis mortificationisque Spiritus, dum magnâ se iam rem adeptos esse, Deumque sibi fuisse loquutum existimant, cum tamen paulò plus nihilo fuerit, aut nihil, aut minus nihilo. Quid enim quæso, aut quale esse potest illud, quod humilitatem, charitatem, mortificationem, simplicitatem sanctam, silentiumque non ingenerat? Quamobrem dico posse rem hanc magno esse obstaculo, ne ad unionem divinâ possit perveniri, nõ mediocriter. n. animâ ista magnificientem, à fidei abyssu abducunt, in quo debet intellectus obscurus permanere, & obscuratus per amorè tendere in fide; non autè per rationes multas.

Quod si objicias, cur privari debeat intellectus veritatibus illis, in quibus à Spiritu Dei illuminatur, atque adeo à maligno Spiritu oriri non possunt? Respondeo & aio, Spiritum sanctum illuminare intellectum recollectum, illuminare autem iuxta modum recollectionis eius; Cum autem nullam maiorem recollectionem possit reperire intellectus ea, quæ inveniuntur in fide, in nulla alia re illuminabit eum magis Spiritus sanctus, sicut in fide. Quanto enim purior exactiorque fuerit Anima in perfectione fidei viæ, tanto plus etiam charitatis infusæ à Deo consequitur, quò verò plus charitatis obtinet, eò amplius illustratur à Deo, maioraque ipsius dona adipiscitur. Et quam-

Qualiter
spiritualis
Magister
cum huius
modi ani-
mabus sese
gerere de-
beat.

Magni
momenti
circa præ-
dicta dubi-
um.
Et eius se-
luctio.

B.

Iohannis
in CruceOpera
Mystica

NVI

124

quamuis non diffitear in illa veritatum illustratione, aliquam animæ conferri lucem: tantum tamen, quantum ad eius qualitatem attinet, differt ab ea luce, quæ à fide absque clara intelligentia promanat, quantum nobilissimum preciosissimumque aurum, à vilissimo metallo, quod verò, spectat ad copiam ac affluentiam lucis, ita hæc fidei illam superat, sicut excedit mare, aquæ stillam. Priori namque modo confertur Animæ, vnius, duarum aut trium veritatum sapientia: hoc verò posteriori, communicatur illi generaliter Dei sapientia, quæ est Dei filius, vna simplici vniuersalique notitia, quæ tribuitur Animæ in fide. Quod si dicas vtrumque bonum esse, nec vnum impedire aliud. Respondeo impedite plurimum, si illud magni-penderit Anima. Hoc enim nihil est aliud, quam occupari iam rebus claris paruique momenti, quæ satis sunt ad impediendam communicationem abyssi fidei, in qua secretè ac supernaturaliter erudit Deus Animam, illamque (ipsa modum ignorante) virtutibus, ac donis sublimem efficit. Vtilitas porro quam communicatio illa successiva efficere debet, nequaquam sequi debet, desigendo in ea, magno cum studio intellectum: hoc quippe modo potius eam à se diuerteret, & abigeret, iuxta illud, quod in Canticis dicitur Animæ Sapientia: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt*, id est, longe à te recedere, meque sublimius eleuare; sed debet simpliciter ac sincere, & nullo intellectus conatu in illis, quæ supernaturaliter communicantur perscrutandis adhibito, voluntatem cum amore, Deo applicare: amore si quidem mediante, illa bona communicantur, atque hoc modo copiosius quam antea conferuntur, si enim rebus istis, quæ supernaturaliter ac passimè tribuuntur animæ, sese adiungit dō intel-

lectus, vel aliarum potentiarum habilitas, industriaque interponere voluerit, nequam naturalis ipsarum modus & ruditas res tam sublimes attinget; vnde necessario illas suo modo contrahet coarctabitque, & consequenter eas variabit, ac diuersas reddet; sicque necessario, errandi se periculo exponet; rationesque illas ex proprii Iudicij arbitrio formabit, quod iam non erit supernaturale, nec illi simile: sed valde naturale, ac vile.

Verùm reperiuntur nonnulli intellectus, ad eò viaces, & acuti, quod statim ac sese intra se recipiunt, alicui considerationi vacantes, naturaliter magna que cum facilitate dum conceptibus discussis intendunt, conceptus suos in dicta verba rationesque ad modum vias efformant, eaque Dei esse arbitrantur; cum tamen non proveniant, nisi ab ipso intellectu, qui si aliquo modo ab operatione sensuum fuerit liberior, solo naturali lumine, absque aliqua supernaturali ope vniuersa hæc præstare potest, & his multo maiora. Eres hæc valde ordinarie occurrit, multique se ipsos fallunt, existimando magnam ac sublimem se adeptos orationem, Deique communicationem, & ea, quæ illis in hac tua introuersione occurrunt, vel scribunt, vel conscribi faciunt: & crebro euenit, vniuersa illa nihil prorsus esse, nullamque alicuius virtutis substantiam continere & ad nihil aliud deseruire, quam vt vanitatis ac superbix ansam præbeant.

Istiusmodi homines discant ista spernere, voluntatemque suam in fortitudine amoris humilis, & serio bonorum operum exercitio fundare, imitentur etiam in patiendo filij Dei vitam, seiplos in omnibus mortificando; hæc siquidem est via ad omne spirituale bonum perueniendi, non autem multi interiores discursus.

Successus istis interioribus verbis non

*Mira fidei
prestatio,
& immen-
sas.*

*Per fidei
lucem cō-
municat-
ur anima
Diuina
Sapientia.*

*Qualiter
se gerere
debeat a-
nima in
cōmuni-
cationibus
Diuinis?
Cant. 6. 4.*

NOTA.

NOTA.

Qualiter
se gerere
debeat
anima in
cōmuni-
cationibus
Diuinis.

mediocriter sese immisceat, ac insinuat dæmon, in ijs præsertim, qui ad ea proni sunt, illisq; addicti. Quo enim tempore recollectionem internam inchoant, consuevit dæmon copiosam illis digressionum materiam, offerre, efformando per suggestionem intellectui conceptus & verba, hocq; modo sensim, & subtilissimè præcipitat, decipitque eos rebus verosimilibus. Hoc pacto communicare se illis solet, qui aliquod cum eo pactum, siue tacitum, siue expressum inierunt. Eodemque modo se quibusdam hæreticis præsertim verò Hæresiarachis communicat, informando, & imbuendo eorum intellectum conceptibus, rationibus subtilibus admodum, falsis tamen, & erroneis.

Ex dictis hucusque patet, Locutiones istas successiuas à tribus in intellectu causis promanare posse, nempe à spiritu Diuino, qui illum mouet illustratque: à naturali lumine ipsiusmet intellectus, & à Dæmone, qui illi per suggestionem loqui potest. Iam verò adferre nunc signa indiciaq; ad dignoscendum quando ab vnâ causâ, quando verò ab alterâ proficiuntur, operosum difficileque esset, præsertim talia, quæ integrè & perfecte rem hanc demonstrant. Nonnulla tamen generalia assignari possunt, sunt autem ista: Quando in verbis conceptibusque amat anima, & simul amorem, cum humilitate & erga Deum reuerentiâ percipit, signum est adesse ibi Spiritum sanctum, qui quoties aliquos concedit fauores, hisce eos inuoluit regumētis. Quando verò à solius intellectus perspicacis lumine procedunt, ipse tunc cuncta efficit absque vllâ virtutum operatione (licet possit naturaliter voluntas amare, in notitiâ lumineque cognitarum veritatum illarum) meditatione verò transtactâ, remanet arida voluntas, quamuis nec ad vanitatem, neque ad malum

procliuis; nisi forte dæmon postmodum eam de istis tentet; quod tamè secus accidit in verbis illis, quæ à bono spiritu originem traxerunt, illis enim transtactis, remanet vt plurimum voluntas Deo bene affecta & ad bonum propensa: quamuis etiâ interdum voluntas possit remanere arida, licet spiritus boni cōmunicatio præcesserit, ita Deo ad vtilitatem animæ disponente. Nonnunquam etiam non adeo experietur Anima operationes, vel motiones virtutum illarum, quamuis illud bonum fuerit, quo perfruita est; & idcirco arduum esse dixi, agnoscere interdum discrimen, quod inter eas versatur, ob varietatē effectuum, quos diuersis vicibus relinquunt, verum isti, quos insinuauimus, sunt communiores, quamuis aliquando copiosius deriuentur, aliquando verò minus. Illæ etiam, quæ Dæmonis sunt, aliquando sunt cognitu difficiles: licet enim vt plurimum reddant voluntatē in Dei amore remissam siccamque, & animum ad vanitatem, estimationē vel propriam complacentiâ propensum; nihilosecius tamen instillant, aliquando animæ falsam quandam humilitatem, & voluntati affectum feruidum, in proprio fundatum amore, vt interdum opus sit hominem valde esse spiritualem, vt eius fraudes queat agnoscere. Quod idcirco dæmon facit, vt melius latere possit, qui etiam optimè nouit sentimentis illis, quæ excitat, lachrymas prouocare; vt valeat imprimere Animæ affectiones amoreque, quos ipse intendit. Semper tamen nititur ipsorum mouere voluntatem, quo interiores illas cōmunicaciones magnificiât, vt sese illis dedant, & in illis, quæ non sunt virtutis exercitia; quin potius occasio faciendi iacturam virtutum iam acquirarum, Animam detineant.

Reliquū est, vt hac necessariâ, circumspeditione & cautelâ, in vtrisque vitamur

P

si deci-

*Dæmonis
allocutio-
nes cog-
nitū diffi-
ciles.*

*Si locutio-
nibus istis
decipi no-
limus de-
betus eas
paruisa-
cere.*

B.

Iohannis
i CruceOpera
Mystica

NVI

124

si decipi, aut certè à destinato cursu præpediri nolimus; nimirum ut non magni ea faciamus, sed in id duntaxat toto incumbamus pectore, ut fortiter efficaciterque voluntatem nostram ad DEVM dirigere, legem eius, ac sancta consilia perfectè adimplere noscamus, hæc quippe est sapientia sanctorum, sitque nobis satis nosse mysteria & veritates cum ea simplicitate ac veritate, cum qua nobis ab Ecclesia proponuntur, hoc enim ad voluntatem summopere inflammandam sufficit; nec nos profunditatibus, curiositatibusque alijs inuestigandis occupemus, in quibus periculum abesse, prodigij instar est. Ad hoc namq; propositum S. Paulus ait, *Non plus sapere quam oportet sapere.* Et hæc quantum ad successiua verba spectat, dixisse satis sit.

NOTA.
Mirabile
compendiū
acquiren-
de sancti-
tati.

CAPVT XXX.

De interioribus verbis, quæ spiritui, supernaturali via formaliter sunt, differitur. Admonetur etiam Anima damni, quod ea possunt inferre. & necessaria datur instructio, ad cautè circumspicereque in illis, ne decipiatur, agendum.

Secundum interiorum verborum genus, sunt verba formalia: quæ interdum via supernaturali spiritui, absque alicuius sensus interuentu, dicuntur; & hoc sine spiritus sit collectus, siue non. Dixi ea formalia, formaliter enim percipit spiritus ea ab alio profertur, absque vlla sua operatione. Quam etiam ob causam plurimum ab illis, de quibus immediate agimus, differunt; non enim ideò duntaxat diuersa sunt, quia absq; aliqua spiritus actione contingunt, sicuti conuenit in alijs, verum etiam

Quæ sunt
verba for-
malia:
Ex eorum
ab alijs
verbis dif-
feruntur.

quia (vt dictum est) interdum accidunt sine spiritus recollectione, imò nihil minus quam ea, quæ dicuntur, spiritui cogitante. Quod tamen secus in prioribus illis successiuis contingit, semper enim ea, circa illa, de quibus tunc cogitatur, versantur. Hæc de quibus nunc agimus verba interdum sunt apprimè formata, interdum verò non adeò: multoties quippe sunt conceptuū instar, per quos aliquid illi iam respondendo, iam aliquo alio modo spiritui ipsius loquendo, dicitur. In his aliquando, vnum solum percipitur verbum, aliquando duo, vel etiam plura; interdum sunt successiua sicuti præterita; solet enim diutius protrahi, vel doctrinā præbendo, vel de aliqua re cum anima cōferendo, omnia tamen absq; vlla spiritus actione sunt, eoque modo cuncta percipiuntur, ac si vna persona cum alia loqueretur. Quemadmodum legimus euenisse Danieli, qui ait, quod Angelus secum loquebatur: *Et locutus est mihi Gabriel, dixitq; &c.* quod formaliter & successiue fiebat loquendo in suo spiritu, illumque instruendo, sicut etiam ibi dixit Angelus: se ad eum docendum venisse.

Verba hæc, cum non sunt plus quam formalia, modicum in Anima effectum relinquunt. Vt plurimum enim ad docendum duntaxat, vel in aliqua re præbendam lucem deferunt, quem effectum vt consequantur, minimè necessarium est, vt alium efficaciorum producant præter eò, ad quem destinata sunt, finem. Hunc verò docendi & illuminandi effectum, quando à Deo proueniunt, semper producant in Anima, effusunt enim illam promptam, & dilucidam in eo, quod illi iubetur, vel de quo eruditur. Quamuis aliquando nō tollant ab anima repugantiā & difficultatē, quin potius solet illā anima maiorem sentire: quod propter maiore eruditionē, humi-

Veritas
quædam
sunt de
taxat for-
malia,
modicū
Anima
effusum
producant

humilitatē & bonum animæ facit Deus. Hanc autē repugnantiam, tunc vt plurimum permittit Deus, quando illi res aliquas ad honore ipsius animæ & præminentiam atinentes, vel certe vnde excellentia aliqua posset illi obuenire, præcipit, in rebus autē humilioribus, & vilitatis maiore facilitate ac promptitudinem ei præbet. Vnde in Exodo legimus, quod cum Moyfi præcepisset Deus vt ad Pharaonē iret, populūq; suū in libertatē assereret, tantā habuit ostenditque repugnantiam, vt fuerit necesse tertio illi idē imperare, & signa demonstrare, quæ tamen vniuersa nō profuerunt, donec illi Deus Aaronem sociū honorisq; consortem assignasset. Secus verō contingere solet quando verba & communicationes à Dæmone proueniunt: qui in rebus honorificis maiorisq; momenti facilitate & promptitudine ingerit, in rebus autē humilibus, repugnantiam. Tanto perit quippe abhorret Deus Animam ad honores & dignitates propensam, vt etiā tunc quando ipse ei mandat, ad illas aspirare, & eas illi confert, nolit eam esse ad eas pronam, & imperandi cupidā. Et per hanc etiā promptitudinem, quam cōmunit in his formalibus verbis confert Deus Animæ, formalia hæc verba ab istis alijs successibus differunt: quæ non ad eō mouent spiritum sicut hæc, neq; tantam conferunt promptitudinem, eō quod ista sint magis formalia, & in quæ minus ex suo se intellēctus immiscet: hoc tamen non obstat, quo minus aliquando copiosorem producant effectum aliqua verba successiva ob magnā, quæ interdum accedit diuini spiritus, cum humano cōmunicationem, sed in modo magna reperitur distantia. In istis formalibus verbis, nō est cur ambigat anima, an ipsa ea proferat, manifeste enim animaduertit, quod non præsertim cū illa, quæ illi dicta sunt, haud

quaquam mente verfabat: quod si etiā de illis rebus cogitasset, euidenter ac distincte cognoscit illud sibi aliunde prouenire.

Vniuersa hæc formalia verba non debet anima magnipendere, sicut & successiva. Nam præterquam quod occupabit detinebitque spiritum in eo, quod nō est legitimum & proximum medium vnionis cū Deo, quod fides est, commodissime posset à Dæmone decipi. Vix enim interdū discerni poterit, quænam à bono, quænam verō à maligno spiritu proferatur. Cum enim hæc formalia verba, sicuti diximus, exiguū faciant effectum, vix discerni queunt per effectus. Nam illa, quæ profert dæmon, nonnunquam sensibiliorem efficaciam in imperfectis producant, quam ista alia à bono spiritu prodeuntia in spiritualibus personis. Neq; confestim ea, quæ verbis istis dicuntur, executioni danda sunt, siue boni, siue maligni spiritus sint. Nunquam tamen committi debet, quin Confessario prudenti, vel certè personæ doctæ & discretæ cuncta aperiantur, vt ab eo instructio possit haberi; ad quem etiam spectabit statuere, quid hac in re agendum sit, cuius consilium sequendo cum resignatione, & indifferētia se habeat in illis. Quod si huiusmodi personam experientia conspicuam reperire nō valeat, præstat eo, quod tutum substantialeq; continent, in emolumentum propriū conuerso; floccipendendo cætera, ea nemini manifestare: facile enim aliquas offendet personas, quæ potius destruant Animam, quàm eam ædificent. Nō enim quilibet aptus est gubernationi ac directioni Animarū, cum tanti sit momenti, vel rectè se gerere, vel certe, in adeo graui negotio, aberrare.

Illud autē præ oculis semper habendum est, vt nunquā aliquid anima arbitrio suo aggrediatur, nec ea, quæ verbis illis exprimuntur absque multa prudentia ac

Etiā ista formalia verba non debet anima magnipendere si decipi nolit.

Non sunt confestim exequenda, seu maturum adhibendum consilium.

Quid faciendum est si consiliū personæ doctæ & experte haberi nā possit.

B.

Iohannis
in CruceOpera
Mystica

NVI

124

*Si anima
decipi no-
lit, debet
esse verum
istarum
inimica.*

consilio admittat. In hac siquidem materia subtile mirabileq; deceptiones accidere solent, ita vt impossibile existimem animam, quæ non fuerit huiusmodi rerum inimica, non posse in multis earum nõ decipi, siue parum siue multum. Et quia de periculis istis & deceptionibus, necnon de necessariâ in illis circumspectione ex professo Cap. 17. 18. 19. & 20. libri huius egimus, non ero hoc loco diffusior. Illud solum dico, præstantissimam securissimamq; in hac materiâ doctrinam esse, nihil illa pendere, etiamsi maximum quid esse appareant: sed in omnibus sese iuxta rectam rationem gerere, & iuxta id quod iam nos Ecclesia edocuit, quotidieque docet.

C A P V T XXXI.

In quo de substantialibus verbis, quæ interiori Spiritui sunt, agitur, assignatur etiam inter illa & formalia discrimen, & commoda, quæ in se continent, exponuntur: quamque resignatè ac reuerenter se in illis gerere debeat Anima, edocetur.

Tertium interiorum verborum genus diximus esse verba substantialia, quæ licet etiam formalia sint, eò quod formaliter admodum imprimantur animæ; in hoc tamen differunt, quia substantiale verbum effectum viuum, substantialemque in animâ producit, quod autem formale duntaxat est, non item. Itaque licet certum sit omne substantiale verbum esse etiam formale: non tamen propterea omne formale verbum substantiale est; sed solummodo illud, quod (sicuti superius diximus) verè realiterque illud imprimat Animæ, quod significat. Vt si Do-

*Discrimè
inter for-
malia &
substantia-
lia verba.*

*Quid sit
substantia-
le verbum.*

minus noster formaliter diceret animæ sis bona; illico substantialiter foret bona, vel si diceret dilige me: cõfestim in se amoris substantiam haberet & sentiret, qui est verus Dei amor: vel si metu consternatæ diceret: noli metuere; magnum continuo animi robur, & tranquillitatem sentiret. Namq; effata & diuina Verba, (vt Sapiens ait) potestatis plena sunt: Et sermo illius potestate plenus est. vnde & substantialiter efficiunt illud in Anima, quod sonant. Hoc quippe illud est, quod Dauid significare voluit verbis illis: *Eccce dabit voci suæ, vocem virtutis.* Atque hoc modo reipsa egit cum Abraham: quando illi dixit: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Et statim fuit perfectus, semperque coram Deo circumspectè ambulabat. Et hæc est verborum ipsius in Euangelio potentia, quibus infirmos curabat, & mortuos, duntaxat imperando, ad vitam reuocabat. Et eiusmodi substantialia verba, nonnullis animabus loquitur, quæ tanti sunt momenti & valoris, vt vita sint virtusque animæ, & bonum eius in comparabile: plus enim vnicum illi verbum huiusmodi prodest, quam totum illud, quod vitæ suæ decursu peregit anima.

Quantum ad hæc verba attinet, nihil est quod agat anima, aut ex seipsa tunc velit nec conetur, sed humilem se duntaxat, & resignatam illis exhibeat, liberum suum assensum Deo præbendo: Nec est cur ea respuat, aut vereatur, aut in exequendis ijs, quæ præscribunt laboret, Deus enim ipse istis substantialibus verbis idiplum in ea, & cum eâ operatur, quod secus in formalibus & successiuis accidit. Nec est (vt dixi) quod hic reijcere conetur: effectus quippe eorum, substantiatus, vt sic dicam, diuinisque bonis refertus in Anima manet: quem quoniam passim recipit.

*Eccel. 9. 4.
Substantia-
lia verba efficiunt
in anima
quod sonant.*

Ps. 67.

Gen. 17.

Mat. 23.

*Verba haec
substantia-
lia, nec re-
spondent
nec timorè*

cipit, vniuersus eius conatus minor est: nec est quod aliquam deceptionem vereatur: nam neque intellectus, neque cadæmon sese immiscere huic rei queunt, nec malignus iste spiritus ad efficiendum passiuè substantialem effectum, in aliqua Anima, ita vt illi effectum verbiq; sui habitum imprimat; potens est: quamuis animas spontaneo ipsarum pacto sibi traditas manendo in eis velut dominus, possit per suggestionem ad effectus extremæ malitiæ permouere. Cum enim tales animæ voluntaria nequitia essent illi vnitæ, nullo negotio possent illas dæmon ad dictos effectus impellere. Nā experientia ipsa teste videmus, magnā eum animabus etiā probis multis in rebus per suggestionem vim inferre, non mediocrem efficaciam suggestionibus istis suis imprimendo, quas si non ita essent probæ, multo maiori cum impetu possent inuadere. Effectus tamen ne verisimiles quidem istis, de quibus sumus loquuti effectibus, bonis, imprimere potest: nulla enim comparatio esse potest verborum ipsius, cum Diuinis, omnia Dæmonis verba sunt, ac si non essent verbis collata Diuinis, nec effectus illorum aliquid est, comparatione ad effectus Diuinorum. Nam idcirco dixit Deus per Ieremiam: *Quid paleis ad triticum? numquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malus conterens petram?* Et sic substantialia ista verba promouent plurimum iuuantque animam ad vñionem cū Deo: & quo interiora magis fuerint, magis etiam substantialia sunt, plusque vtilitatis adducunt Animæ. *Felix fortunataque anima quam DEVS tali verbo fuerit allocutus. Loquere Domine, quia audit seruus tuus.*

(*)

CAPVT XXXII.

In quo de apprehensionibus, quas intellectus, ab interioribus sentimentis, quæ supernaturaliter in anima efficiuntur, recipit, agitur; illorum causa assignatur, & qua ratione se debeat anima in illū gerere, ne viam Diuinā vñionis impediatur; prescribitur.

Consequens est, vt nunc de quarto positionū modo seu genere disseramus, quas dicebamus in intellectum deriuari posse à quibusdam spiritualibus sentimentis, quæ multoties in Anima spiritualis hominis supernaturaliter efficiuntur, quas etiam inter distinctas intellectus apprehensiones recensuimus.

Spiritualia hæc sentimenta distincta, duobus modis contingere possunt. Primi modi sunt, sentimenta in voluntatis affectu. Secundi verò, sentimenta sunt, quæ licet in voluntate quoque sedem habeant; quia tamen intensissima, sublimissima, profundissima ac secretissima sunt, non videntur illam attingere, sed in ipsa Animæ substantia perficiuntur. Veraque multifariam eueniunt. Primi modi, quotiescunque à Deo sunt, sublimissima sunt: Verùm secundi modi sentimenta prorsus sunt eminentissima, summæque vtilitatis. Quorum originem & causam, à qua permanant, bonaque opera, propter quæ Deus sublimis ad eò fauores tribuit, nec Anima ipsa, nec qui illius curam gerit cognoscere & intelligere queunt: non enim à quibuscunque operibus, quæ anima peragere possit, nec à considerationibus meditationibusq; ipsius dependent; licet huiusmodi res sint bonæ dispositiones ad illa

P 3.

ob-

Hæc spiritualia sentimenta bifariam eueniunt.

Sentimentis istis origo est prorsus ignota.

B.

Ioannis
Cruce

Opera
Mystica

III

124

obtinenda, largitur illa Deus cui vult, & ob quam caulam illi placet. Continget quippe personam aliquam in multis operibus bonis sese exercuisse, nec tamen huiusmodi tactus ab eo impetrare, è contra verò, alteram, quæ pauciora multo edidit opera, affatim illos eoque sublimissimos obtinere. Vnde nec est necesse vt anima actu spiritualibus rebus vacet, & occupetur (licet multo fatius sit ad illa suscipienda eis vacare) vt Deus tactus istos tribuat, ex quibus anima dicta sentimenta haurit, multoties tamen nihil minus, quam de illis anima cogitat. Tactus isti quidam sunt distincti citoque transeuntes; alij verò non adedò sunt distincti, & amplius durant.

Sentimenta hæc, in quantum sunt sentimenta (secundum quod de illis hoc loco solummodo egimus) nequaquam ad intellectum spectant; sed ad voluntatem; quamobrem etiam non dissero de ijs hoc loco ex professo, donec de nocte obscura purgationeque voluntatis ab affectionibus suis libro tertio disputemus. Sed quoniam crebro, imò vt plurimum derivatur ex illis in intellectum expressior perceptibiliorque apprehensio, notitia ac intelligentia, operæ pretium est, aliquã hoc loco illarum ob istum solum finem mentionem facere.

Sciendum itaque est ex omnibus istis sentimentis siue illa à Diuinis tactibus repentinis subitanisque, siue à successiuis ac durabilioribus oriuntur; multoties (vt dixi) resultare, & redundare intellectum, apprehensionem notitiæ, vel intelligentiæ: quod nihil esse solet aliud, quam sublimissimus quidã dulcissimus intellectui Dei sensus, cui nullo modo nomē imponi potest. sicut nec sentimento, à quo redūdat. Huiusmodi autem notitiæ, interdum vno, interdū verò alio modo cōtingunt:

liquãdo magis sublimes sunt & claræ, aliquando verò minus, secundum quod etiam sunt tactus diuini, qui sentimenta producant, ex quibus notitiæ istæ proficiuntur, ac iuxta illorum pro, rietatem,

Non est cur hoc loco multis vitantur verbis ad circumspēctum reddendum, dirigendumque per notitias istas, in hunc ad vniōnem cum Deo intellectum. Cum enim dicta sentimenta passiuè in Anima efficiantur, sine eo quod ipsa effectiuè aliquid ex sua parte ad ea recipienda concurrat, ita etiam notitiæ ex illis resiliētes passiuè in intellectu, quem Philosophi passibilem dicunt, absque eo quod aliquid ex se operetur, recipiuntur.

Quamobrem ad non errandum in hac parte, nec illorum commoda præpediendum, nihil etiam intellectus in illis conari moliriq; debet, sed sese passiuè exhibeat, voluntatem ad liberum & gratum assensum flectendo, & capacitatem suam naturalem nequaquam intermiscendo. Vt enim in successiuis verbis euenire docuimus, facillimè nulloque negotio actiuitate ac operatione sua disturbabit & in nihilum rediget notitias illas delicatas, quæ sunt quædam sapidæ dulcesque intelligentiæ supernaturales, quas naturalis capacitas non attingit, neq; illas operando comprehendere potest, sed duntaxat recipiendo. Vnde nec ad eas obtinendas conari debet, ne forte conatu isto excitatus intellectus, ex seipso notitias alias formare moliat; & ne dæmoni illo temporis puncto, ad varias alias falsasque ingerendas, aditus aperiatur. Quod ipse egregiè medijs dictis sentimentis præstare potest, adhibitis ad hoc corporeis sensibus. Quapropter religatè, humiliter passiuèque se in illis gerat, cum enim passiuè illa à Deo recipiat; ipse quoque ea illi largietur cum illi placuerit, humilem illam & abs-

Intellectus
passiuè
anima
cipiuntur.

Quamobrem
intellectus
sese gerat
debet in
ipsi sensu
mentis

Qualis
sese gerat
debet in
ipsi sensu
mentis

Extra
intellectus
passiuè
anima
cipiuntur.

& absq; proprietate vlla animaduerten-
do. Atq; hoc modo non impedit in se v-
tilitatem profecto maximam, quam noti-
tiaz istz in ordine ad vnionem diuinā pa-
riūt: siquidē vniversi tactus isti sunt tactus
vnionis, quz passiuē in anima efficitur.

NOTA. Vniuersa doctrina, quz libro hoc de
totali abstractione, & contemplatione
passiua allata est, in qua permittit se à Deo
duci anima per omnium creaturarum rerū
obliuionem, imaginumque & figurarum
nuditatem, detinendo ac occupando se
simplici intuitu in suprema veritate de-
fixo; non solum accipienda & intelligen-
da est de actu illo perfectissimz contem-
plationis, cuius sublimem & omnimodē
supernaturalem quietem, etiam filia Ieru-
salem, boni videlicet discursus & medita-

NOTA. tionis, si illis eo tempore anima in-
sthere
vellet, præpediant: verū etiam pro toto
illo tempore intelligenda est, quo domi-
nus noster iam dictam simplicem, gene-
ralem & amorosam aduertentiam seu at-
tentionem impertitur, vel certe anima
gratiz diuinæ auxilijs adiuta, se ipsam in
illa collocauerit ac constituerit. Tunc
enim temporis semper conandum & la-
borandum est, vt in quiete intellectus per-
maneat, nullas alias formas, figuras noti-
tiazque particulares intermiscendo, nisi
forte hoc cursim admodum fiat, & cum
valde exiguo studio, nam hoc faciendum
est, cum quadam amoris suauitate ad se
amplius inflammandum. Cæterum extra
hoc tempus in omnibus suis exercitijs, &
operibus vti debet memoriarum ac bo-
narum meditationum adminiculis, idque
eo modo & medio, quo maiorem deuo-
tionem & vtilitatem senserit, singularif-
simè verò vti debet memoria & medi-

tatione vitæ, passionis & mortis Domini
nostri Iesu Christi, vt actiones suas, exerci-
ticia & vitam, illi valeat conformare.

Conclusio
Libri

Et hæc satis sunt, vt huic materiæ de ap-
prehensionibus supernaturalibus intelle-
ctus finem imponamus, quantum ad de-
ducendum dirigendumq; per illas intel-
lectum in fide ad diuinam vnionem atti-
net. Arripitor autem, satis me de illis
dixisse; quidquid enim Animæ circa in-
tellectum acciderit, reperiet doctrinam
cautelamque pro illis necessariam, in al-
latis iam diuisionibus. Et licet aliquando
aliquid à Deo diuersum ac discrepans e-
mergat, vt in nulla ex allatis distinctio-
nibus comprehendatur (quamuis existimem
nullam futuram intelligentiam, quæ non
possit ad aliquā ex quatuor distinctarum
noticiarum modis reuocari) potest tamen
doctrina cautelaque pro illa ex ijs, quæ de
alijs similitudinem cum quatuor illis no-
titijs habentibus dicta sunt, elici. Atque
ita ad Tertium Librū gradum faciemus,
in quo Deo fauente de purgatione spiri-
tuali ac interiori voluntatis, eius videlicet
interiorum affectuum (quam hoc loco ac-
tuum noctem appellamus) verba facie-
mus. Prudentem ergo Lectorem amanter
oratum volo, vt benigno ac sincero ani-
mo hæc perlegat, si enim iste desit, ex
quacunque sublimissima etiam ac perfe-
ctissima doctrina minime decerpitur v-
tilitas illa, quam in se continet, neque et-
iam tanti illa sit, quantum promereretur;
quanto magis doctrina hoc meo ru-
di stilo exarata, quem in mul-
tis admodum imperfe-
ctum non diffiteor.

(.°)

NOTA.

B.
Iohannis
Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

SECUNDI LIBRI FINIS.

LIBER

LIBER TERTIVS,
IN QVO DE PURGATIONE, ET
Actiua memoriæ voluntatisque Nocte differitur.
INSTRUITVR ETIAM ANIMA, QVA
ratione sese circa duarum istarum potentiarum actus
gerere debeat, vt ad Vnionem diuinam, possit
peruenire.

Argumentum.



OSTOYAM iam primam Animæ potentiam, quæ intellectus est, in vniuersis apprehensionibus suis per primam Theologicam virtutem, quæ est Fides, instruximus; vt secundum istam potetiam, fidei puritate mediante vniri Deo Anima possit; reliquum nunc est, vt idem in cæteris duabus Animæ potentijs, memoria videlicet & voluntate faciamus; illas quoque in proprijs ipsarum actibus purificando, vt etiam secundum duas istas potentias vniantur Deo Anima, in Spe ac Charitate perfecta. Quæ omnia cõpendiose hoc tertio libro præstabo: postquã enim intellectũ qui est obiecto- rũ omnium quæ ad istas potetias deriuantur receptaculũ, expediuius: quo factõ magnã itineris partem ad ea, quæ dicenda supersunt, cõfecimus: minime necessariũ est, nos in istis potentijs discutiendis ad eũ esse diffusos: nam regulariter loquendo, si vir spiritualis bene instruat intellectum in Fide, iuxta traditam sibi doctrinam, debet etiam, obiter, & in transitu instruere alias duas potentias, duabus alijs virtutibus, quandoquidem vnus operationes, ab aliarum operationibus dependet. Sed vt propositum nobis ordinem methodumque seruemus, & melius dicenda percipiantur, necessarium erit, vt de propria tractationis huius materia disseramus; quare oportebit hoc loco, vt de cuiusque potetia actibus, & primo loco de ijs, quæ ad memoriam spectant, pertractemus, distinctionem eorum, hoc loco adducendo, quæ ad institutum nostrum satis sit. Quam ex obiectorum eius distinctione, quæ in triplici sunt differentia: Naturalia scilicet & Supernaturalia imaginaria, & spiritualia, petere poterimus: quibus obiectis, tres noticiarum modi memoriæ correspondent, sunt enim notitiæ istæ, naturales & supernaturales; imaginariæ & spirituales. De quibus iuuante Deo hoc loco agemus, incipiendo à naturalibus notitijs, quæ circa obiecta magis exteriora versantur & immediate post, de affectibus voluntatis disputabimus, quibus absolutis huic tertio, de nocte Actiua spirituali, libro, sinem imponemus.

*Distinctio
noticiarũ
memoriæ,
de quibus
hoc libro
agendum.*

CAPVT

CAPVT I.

In quo de naturalibus memoria apprehensionibus agitur: modusque eam euacuandi: ut Anima secundum istam potentiam DEO possit vniri, prescribitur.

Necessè est Lectorè in quolibet istorum librorum, propositum nobis in ijs sinem præ oculis habere, aliter enim multa illi in eorum lectione poterunt dubia suboriri, quemadmodum etiam nunc de ijs, quæ de intellectu nuper diximus, & de memoria voluntateque postmodum sumus dicturi, ambigere poterit. Considerando quippe qua ratione in nihilum potentias in earum operationibus redigimus, fortassis iudicabit, potius nos viam spiritualis exercitij demoliri, quam illam construere; quod reuera ita esset, si mens, intentioque nostra esset, non instruere hoc loco nisi Incipientes, quibus expedit medijs apprehensionibus istis discursiuis, & apprehensibilibus sese disponere & coaptare. Verum longe aliter se res habet, præbemus enim hic doctrinam ad vltremam in contemplatione ad vniõnem Diuinam progrediendum, ad quem finem vniuersa hæc media exercitiique potentiarum sensitiua relinquenda debent, & silere, ut ipse DEVS ex suo opereatur, perficiatque in Anima vniõnem Diuinam: & propterea expedit hac ratione ac methodo extricare, euacuare, naturalique suo iure potèntias ac earum operationes priuare, ut hoc modo præparetur locus, quatenus adimpleri & illustrari supernaturalibus possint: siquidem exigua earum capacitas adeò sublime negotium attingere non valet, quin potius, nisi longe ablegetur illud præpedat, ac retardat. Cum autem verum sit (ut est verissimum) debere Animam potius cognoscere Deum per id, quod non est, quam per id quod est: ut ad illum pergere possit; necessariū omnino est nullo admittere modo, sed abnegare quidquid ex omnibus suis apprehensionibus, siue naturalibus siue supernaturalibus abnegari potest. Quam ob causam idem nunc cū memoria faciemus ex proprijs naturalibus limitibus eam educendo, & supra seipsam (hoc est) super omnem distinctam noticiam possessionemque; apprehensibilem, ad sublimem spem incomprehensibilis Dei, illam subleuando.

gere non valet, quin potius, nisi longe ablegetur illud præpedat, ac retardat. Cum autem verum sit (ut est verissimum) debere Animam potius cognoscere Deum per id, quod non est, quam per id quod est: ut ad illum pergere possit; necessariū omnino est nullo admittere modo, sed abnegare quidquid ex omnibus suis apprehensionibus, siue naturalibus siue supernaturalibus abnegari potest. Quam ob causam idem nunc cū memoria faciemus ex proprijs naturalibus limitibus eam educendo, & supra seipsam (hoc est) super omnem distinctam noticiam possessionemque; apprehensibilem, ad sublimem spem incomprehensibilis Dei, illam subleuando.

Incipiendo itaque à naturalibus notitijs dico, naturales memoriæ notitias esse omnes illas, quas ex quinq; sensuum corporaliū obiectis, visu, videlicet, auditu, odoratu, gustu & tactu, potest efformare; omnes præterea his similes, quas ipsa fabricare & formare potuerit. Ab omnibus istis notitijs & formis denudari, euacuarique debet, & conari abolere & extirpare imaginariam illarum apprehensionem; ita ut nulla supersit illarum notitia impressa, sicque remanet quantum fieri potuerit denudata, oblita, ab omnibusque auulsa, ac si nihil istarum rerum percipisset. Nec aliter fieri potest, sed ab omnibus formis annihilari, & exinaniri memoriæ oportet, si Deo vniri debeat. Hoc enim nequaquam fieri potest nisi se totaliter ab omnibus formis, quæ Deus non sunt, separet, siquidem uti diximus in nocte intellectus, sub nullam formam, aut noticiam distinctam cadit Deus. Cum autem quemadmodum Redemptor noster docet, *Nemo possit duobus dominis seruire: non poterit memoria perfecte Deo & formis simul notitijsque distinctis copulari.* Cum

Anima potius debet cognoscere Deum per id quod non est.

Quidnam sit de memoria tractandum.

Quidnam sint naturales memoriæ notitias.

Ab omnibus istis notitijs denudari debet memoria, si Deo vniri velit.

Matth. 6. 24.

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

*Qualis
remaneat
memoria,
Deo uni-
ta.*

Cum autem Deus nullam eiusmodi formam, aut imaginem habeat, quæ à memoria comprehendi possit, hinc est quod quando Deo est vnita (sicut quotidiano experimento compertum est) quasi sine forma & sine figura, amissa iam imaginatione, remanet summo bono in maxima obliuione, nullius rei recordando, immersa & agglutinata. Vnio quippe illa diuina euacuat eam à Phantasia, & quodammodo vniuersas ex ea formas & & notitias euertit, & ad supernaturalia subleuat, ad eò illam omnium rerum oblitam relinquens, vt postmodum magnam sibi debeat inferre vim, vt alicuius rei possit reminisci. Talisque est interdum hæc memoriæ obliuio, & imaginationis suspensio (propter memoriæ cum Deo vnionem) vt non modicum effluat temporis, nec tamen illud percipiat, nec quid id temporis egerit, noscat; imo verò eò quod tunc temporis imaginatiua suspensa sit, quamuis dolor inferatur corpori, illum non sentit; absque imaginatione enim nullum datur vestigium sensus, quia reuera non est. Vt autem

*Obliuiones
seu suspen-
siones ista
memoria,
non sunt
perfectioris,
sed ad v-
nionis ex-
ordia spe-
ctant.*

*Magni
momenti
dubium
proponi-
tur.*

Deus vnionem hanc perfectam efficiat, necesse est memoriæ (vt iam diximus) ab omnibus apprehensibilibus notitijs & eiusmodi suspensionibus separare. Illud tamen animaduertendum est, huiusmodi de quibus loquuti sumus suspensiones & abalienationes minimè hoc modo in perfectis contingere, eò quod ipsi iam perfecta vnione perficiantur, suspensiones autem ad vnionis exordia spectant.

Obijcies fortassis: recte quidem se ita habere. Hinc tamen destructionem naturalis vsus, cuiusque potentiarum sequi, & proinde doctrina hac supposita, remansurum hominè bruti instar, omnium oblitum, & quod deterius est, sine rationis discursu, absque necessitatum operationumque naturalium memoria: Deum

autem nequaquam destruere naturam, sed potius illam perficere, ex hac verò doctrina necessario illius destructionem sequi, obliuiscitur enim homo moralium, rationaliumque vt illa operetur, naturalium etiam vt illa exerceat, omnium enim horum oblitus est, cū notitijs & formis, quæ sunt reminiscentiæ media, non attendat.

Obiectioni huic in hunc modum occorro & aio, quod quò amplius memoria Deo coniugitur, eo notitias distinctas perdit, donec illas amittat, hoc est, illarum penitus obliuiscatur, quod tunc accidit, cū anima perfectè attingit statum, siue essentiam vnionis. Itaque initio dum hoc fit, nequit anima non versari in magna obliuione rerum, quandoquidem formarum, & notitiarum etiam obliuiscitur. Inde quod externa ista procedit cū notabili iniuria, & neglectu sui ipsius, oblitus cibi ac potus, si aliquid fecit, vel facere intermisit: si vidit, aut nō vidit, si ab alijs aliquid dictum est, vel non: idque propter immersionem memoriæ in Deum. At postquam vnionis habitum adepta est, qui summum quoddam bonum est, nō patitur isto modo has obliuiones in ijs, quæ rationem moralem, naturalemque concernunt. Quin potius in conuenientibus ac necessarijs operationibus, multo maiori perfectione prædita est. Tamen si illas exerceat ministerio formarum, & notitiarum memoriæ à Deo peculiari quodammodo excitararum; nam vt dixi, cum habitus vnionis adest, qui est status supernaturalis, memoria cæteræque potentia in suis naturalibus operationibus deficiunt, & à limite suo conaturali, ad Dei terminum, qui supernaturalis est transmigrant, quare cum memoria in Deum transformata sit, minimè illi adhærent, neque imprimuntur operationes siquidem memoriæ cæterarumque potentiarum, in hoc statu sunt quasi diui-

*Propositi-
dubitatio-
nis respo-
sio.*

*Operatio-
nis memo-
ria, & ce-
terarum
potentiarum
in conueni-
entibus
statu, sunt
quasi di-
uina, &
quæretur*

DE,

ne, occupatis iā à Deo velut absoluto Domino potentij, per earum in se transformationē. vnde & ipse est, qui illis præcipit, diuinoq; modo iuxta diuinum suum spiritum, & voluntatē mouet. Vt enim inquit Apost. Paul. *Qui adheret Deo, vnus spiritus est:* ideoq; operationes animæ totaliter vnitæ, sunt spiritus diuini, ac consequenter diuinæ.

Hinc etiam prouenit, quod huiusmodi animarum opera sunt talia, qualia esse debent, suntq; rationi consentanea, nō verò qualia esse non deberēt. Spiritus enim Dei facit illas scire, quod sciendum est; quod verò ignorandum, ignorare, eorū recordari, quorum meminisse debent; eorum vero obliuisci, quorum expedit obliuisci, facit illud amare, quod est amandum, non amare vero id, quod Deus non est, & sic ordinari primi motus potentiarum huiusmodi animarum (sunt velut diuini: nec mirandum est quod tales sint, siquidem in esse diuinum sunt transformatae. Harum operationum animæ nonnulla adducam exempla, quorum primum sit: Rogat quis aliu, qui in hoc statu versatur, vt preces ad Deum effundat pro se minime recordabitur pro illo orare per formam, seu notitiā alq; relictā in memoria ex petitione illius: sed si opus fuerit vt oretur pro illo (quod tunc erit quādo Deus preces pro tali persona suas acceptare voluerit) huius voluntatē mouebit, desideriumq; orandi præstabit: si vero non placent Deo preces illæ, etiam si ad orandū conetur sibi inferre vim, nec orabit, nec orandi voluntatē habebit. Imo interdum desiderium pro his orandi immitter, quos neq; nouit, neq; de illis vq; audiuit. Quod inde prouenit, quia Deus peculiari quadā ratione mouet potentias istarum Animarum (vt iam dixi) ad operationes illas cōgruentes exercendas, iuxta voluntatē & ordinationē diuinam. Vnde harum animarū opera, & orationes semper sortiuntur effectū suū. Huiusmodi

fuere orationes, & opera Deip. gloriosa, quæ cū ab initio ad hunc sublimē statū fuisset euecta, nunq̄ in anima sua habuit alicuius rei creatæ formā impressam, quæ eā, vel minimū à Deo distraheret, neq; ab illa aliquando ad operandum, eò quod à S.S. iugiter moueretur. Exemplū 2. Accurrere quis debet ad negotiū aliquod necessariū præfixo tēpore tractandū, cuius nō recordabitur per formā aliquā, quin imo, nesciens quomodo id fiat, imprimetur animæ per excitationē Memorix prædictā, quādo & quomodo illud sit faciendū; idq; infallibiliter, & absq; vllō defectu. Neq; in his rebus tantū Spirit. S. eas illuminat, sed etiā in pluribus, quæ eueniunt, & euenturæ sunt, & in multis casibus, etiam si absentes sint, licet interim ignorent, qua ratione id sciant. Cæterum hoc illis prouenit à diuina sapientia: ex eo .n. quod huiusmodi animæ student nihil scire, neq; apprehendere potentij, id quod eas præpedire posset, omnia generatim faciunt, prout in mentis descriptione tradidimus: iuxta illud Sapiētis: *Omnium enim artifex docuit me sapientia.*

Sed fortassis obijcies non posse animam euacuare, priuareque tantoperè memoriā formis ac phantasij vt ad statū adeo eminentē pertingere possit? Duo .n. sese offerunt obstacula & difficultates, vires ac habilitatē humanā superātes, ablegare videlicet & exuere id, quod naturale est, & attingere vniriq; ei, quod supernaturale est, quod etiā longe est difficilius: Er vt verum fatear, solis naturæ vitibus habilitateq; id assequi, profecto impossibile est; dico itaque verū esse, à Deo subleuari debere animā ad statū istū supernaturale: sed etiā debere illā quantū in se est, sese ad hoc disponere & accommodare, quod optime cum eo, q; ei Deus præbet, adiumento, præstare potest. Vnde etiam quando ipsa in hanc abnegationem formarumque vacuitatem ingreditur; collocat eam Deus, & quali

Sap. 7. 27.

An valeat

anima ita

euacuare

memoriā

ab omnib.

formis, vt

ad statum

adeo emi-

nentē posse

peruenire.

NOTA.

Potest e-

debet Ani-

ma se ipsā

ad statum

istū subli-

mem cum

Dei auxi-

lio dispo-

nere, quod

si ipsa fa-

ciat, collo-

cat eam

Deus in

vniōnis

possessione.

B.

Iohannis
in CruceOpera
Mystica

NVI

124

quasi intromittit in vnionis possessionem; & hæc operatur in ea DEVS passiuè (quemadmodum; si DEO placuerit dicturi sumus in nocte passiuæ Animæ) atque ita quando DEO placitum fuerit, iuxta dispositionis ipsius modum, conferet illi integre habitum vnionis perfectæ. Effectus porrò Diuinos, quos in Anima vnio perfecta producit, tam ex parte intellectus, quam etiam ex parte memoriæ & voluntatis, minimè eos in ista nocte & purgatione actiua recensemus: per hanc enim solam non perficitur diuina vnio, sed agemus de ijs in nocte passiuæ, qua mediante, fit coniunctio animæ cum Deo.

Per solam noctem & purgationem p. r. t. i. a. r. u. m. a. c. t. i. u. a. m. n. o. n. p. e. r. f. i. c. i. t. u. r. v. n. i. o. D. i. u. i. n. a.

NOTA.
Quemadmodum tenere debeat memoria, vt se ipsam in ista nocte seu purgatione actiua constituat?

In ista memoriæ purgatione solum hic necessarium præscribo modum, quo memoria, quantum est ex sua parte se ipsam actiue in ista nocte & purgatione constituat; modus porrò huiusmodi est, vt spiritualis persona hac vt plurimum & ordinariè cautela vtatur: vt nullius rei quam viderit, audierit, olfecerit, gustauerit, vel tetigerit, notitiam in memoria veluti in receptaculo, thesauro, vel archiuis recondat, aut in aliqua illarum sese detineat, sed eas transire sinat, remaneatque in sancta obliuione, nullam super illas reflexionem faciendo, nisi forte quando ad aliquem bonum piùmque discursum, vel meditationem fuerit necessaria.

NOTA.
Nunquam obliuioni danda est sacratissima humanitas Christi.

Hoc autem studium obliuiscendi ac relinquendi notitias & figuras; nunquam de Christo eiusque sacratissima humanitate intelligi debet. Licet enim interdum in contemplationis culmine, & simplici Diuinitatis intuitu sacratissimæ huius humanitatis non reeordetur Anima, eo quod propria sua manu subleuauerit DEVS spiritum, ad istam quasi

confusam, & valde supernaturalem notitiam; verum ex industria dataque opera illius obliuisci nullo pacto ac nulla ratione expedit: siquidem eius intuitus, amorosaque meditatio ad omne bonum promouebit, illiusque adminiculo facilius vnionis fastigium conscendet. Clarum est enim, quod quamuis aliæ visibiles & corporeæ res obliuione sepeliri debeant, eo quod vnionem præpediât, nequaquam tamen in hoc numero reponendus est ille, qui ob remedium nostrum homo factus est, qui est veritas, nostrum, via & Dux ad omnia bona. Hac ergo veritate præsupposita, in omnibus alijs rebus nitatur ad quandam abstractionem ac obliuionem totalem, ita vt quantum fieri possit, in memoria remaneat, ac si in rerum natura non essent, relinquendo Deo memoriam liberam & expeditam, & quodammodo in sancta obliuione amissam. Quod si hic iterum exoriantur dubia & obiectiones, quæ in superioribus circa intellectum occurrerunt: nihil videlicet agi, temporisque fieri iacturam ac sese spiritualibus bonis, quæ anima per viam memoriæ recipere potest, hominem priuare dico, plura iam esse hoc loco allata: pro istorum dubiorum resolutione, ibi etiam omnibus responsum esse, & propterea non est cur hic amplius immoremur.

Illud duntaxat animaduertendum est, quod licet per aliquod tempus, utilitas huius suspensionis notitiarum, & formarum non percipiatur; non propterea defatigari, & in hoc studio deficere debere, spirituale: non enim prætermittet DEVS quin tempore suo accurrat, propter bonum autem adeò grande adipiscendum, necessarium est multa patienter, & cum spe pati, & sustinere.

Amoris de Christi meditati- o. n. e. s. i. r. i. u. a. l. i. b. u. m. p. r. o. m. o. u. e. b. i. t. p. e. r. i. l. l. a. m. f. a. c. i. l. i. u. s. v. n. i. o. n. i. s. f. a. s. t. i. g. i. u. m. c. o. n. s. c. e. n. d. e. t. C. l. a. r. u. m. e. s. t. e. n. i. m. ,. q. u. o. d. q. u. a. m. u. i. s. a. l. i. æ. v. i. s. i. b. i. l. e. s. & c. o. r. p. o. r. e. æ. r. e. s. o. b. l. i. u. i. o. n. e. s. e. p. e. l. i. r. i. d. e. b. e. a. n. t. e. o. q. u. o. d. v. n. i. o. n. e. m. p. r. æ. p. e. d. i. a. t. n. e. q. u. a. q. u. a. t. a. m. e. n. i. n. h. o. c. n. u. m. e. r. o. r. e. p. o. n. e. n. d. u. s. e. s. t. i. l. l. e. ,. q. u. i. o. b. r. e. m. e. d. i. u. m. n. o. s. t. r. u. m. h. o. m. o. f. a. c. t. u. s. e. s. t. ,. q. u. i. e. s. t. v. e. r. i. t. a. s. ,. n. o. s. t. r. u. m. ,. v. i. a. & D. u. x. a. d. o. m. n. i. a. b. o. n. a. H. a. c. e. r. g. o. v. e. r. i. t. a. t. e. p. r. æ. s. u. p. p. o. s. i. t. a. ,. i. n. o. m. n. i. b. u. s. a. l. i. j. s. r. e. b. u. s. n. i. t. a. t. u. r. a. d. q. u. a. n. d. a. m. a. b. s. t. r. a. c. t. i. o. n. e. m. a. c. o. b. l. i. u. i. o. n. e. m. t. o. t. a. l. e. m. ,. i. t. a. v. t. q. u. a. n. t. u. m. f. i. e. r. i. p. o. s. s. i. t. ,. i. n. m. e. m. o. r. i. a. r. e. m. a. n. e. a. t. ,. a. c. s. i. i. n. r. e. r. u. m. n. a. t. u. r. a. n. o. n. e. s. s. e. n. t. ,. r. e. l. i. n. q. u. e. n. d. o. D. e. o. m. e. m. o. r. i. a. m. l. i. b. e. r. a. m. & e. x. p. e. d. i. t. a. m. ,. & q. u. o. d. a. m. m. o. d. o. i. n. s. a. n. c. t. a. o. b. l. i. u. i. o. n. e. a. m. i. s. s. a. m. Q. u. o. d. s. i. h. i. c. i. t. e. r. u. m. e. x. o. r. i. a. n. t. u. r. d. u. b. i. a. & o. b. i. e. c. t. i. o. n. e. s. ,. q. u. æ. i. n. s. u. p. e. r. i. o. r. i. b. u. s. c. i. r. c. a. i. n. t. e. l. l. e. c. t. u. m. o. c. c. u. r. r. e. n. t. :. n. i. h. i. l. v. i. d. e. l. i. c. e. t. a. g. i. ,. t. e. m. p. o. r. i. s. q. u. e. f. i. e. r. i. i. a. c. t. u. r. a. m. a. c. s. e. s. e. s. p. i. r. i. t. u. a. l. i. b. u. s. b. o. n. i. s. ,. q. u. æ. a. n. i. m. a. p. e. r. v. i. a. m. m. e. m. o. r. i. æ. r. e. c. i. p. e. r. e. p. o. t. e. s. t. ,. h. o. m. i. n. e. m. p. r. i. u. a. r. e. d. i. c. o. ,. p. l. u. r. a. i. a. m. e. s. s. e. h. o. c. l. o. c. o. a. l. l. a. t. a. :. p. r. o. i. s. t. o. r. u. m. d. u. b. i. o. r. u. m. r. e. s. o. l. u. t. i. o. n. e. ,. i. b. i. e. t. i. a. m. o. m. n. i. b. u. s. r. e. s. p. o. n. s. u. m. e. s. s. e. ,. & p. r. o. p. t. e. r. e. a. n. o. n. e. s. t. c. u. r. h. i. c. a. m. p. l. i. u. s. i. m. m. o. r. e. m. u. r. .

NOTA.
Quamuis non fuerit fructus huius obliuionis apparet, non tamen est ab eo designatum, nam tempore opportuno, ad Et ait Dicit

Et quamuis verum sit vix reperiri Animam, quæ in omnibus omnique tempore moueatur à Deo; ita perpetua fruendo vniõne, vt potentia ipsius Diuino semper moueantur modo; inueniuntur tamen animæ, quæ valde ordinariè adeo in suis operationibus mouentur, neque ipse sunt, quæ se mouent in illo sensu, quo loquitur S. Paulus: quod nimirum filij Dei, illi scilicet, qui sunt vniti, transformatique in eum Spiritu Dei aguntur. Hoc est ad Diuina in suis potentijs opera peragenda, mouentur. Nec mirum operationes esse Diuinas, cum vnio Animæ sit etiam diuina.

CAPVT II.

In quo enumerantur tria detrimenta quæ incurrit Anima, quam diu non manet in tenebris quoad notitias, & digressiones memoriae. proponit hoc loco primum donum.

TRibus nocuentis ac inconuenientibus obnoxius est spiritualis homo, si adhuc naturalibus memoriae notitijs, vt ad Deum pergat, vt voluerit, quorum duo sunt positiua, vnum verò priuatiuum. Primum nocuentum se tenet ex parte rerum mundanarum, secundum ex parte Dæmonis: tertium verò, quod est priuatiuum, nihil aliud est, quam impedimentum & obstaculum, quod notitiæ istæ adferunt tendentibus ad diuinam vnionem.

Primum, quod à rebus mundanis originem trahit: est multis damnis subditum esse, medijs notitijs ac discursibus, exempli gra. falsitatibus, imperfectionibus, appetitibus, iudicij, temporis amissioni & alijs plucibus, quæ multas animæ inuehant impuritates. Quod autè necessario multis

debeat falsitatibus irretiri, qui locum præbet notitijs & discursibus, manifestum est: multoties enim verum, falsum illi apparebit, & certum, dubium & è contra, vix enim veritatem vnã radicis exploratam habere possumus. A quibus omnibus malis liber euadit, si obscurauerit memoriam circa omnes discursus, & notitias.

Imperfectiones verò ad singulos passus occurrunt memoriae in ijs, quæ audiuit, vidit, olfecit, tetigit, & gustauit, quibus in rebus aliquam illi affectionem iam doloris, iam timoris, iam odij, spei vanæ, inanis gaudij, gloriæ vanæ, adhærere necesse est, quæ omnia ad minus imperfectiones sunt, & interdum peccata venialia manifesta. Hæc autem vniuersa puritatem perfectam, & simplicissimam cum Deo vnionem impediunt.

Quod autem etiam appetitus ex notitijs istis generentur, perspicue etiam patet; ex dictis enim notitijs ac discursibus naturaliter oriuntur: & solummodo velle discursum notitiamque habere, potest esse esca appetitus.

Quod etiam à iudicijs tentari debeat perspicuum est: non enim potest non impingere in bona malaque aliena, in quo euentu, interdum malum bonum apparet, & bonum malum. Quæ vniuersa mala neminem arbitror euasurum, nisi obsecrando, & obscurando memoriam, quo ad omnia.

Quod si obijcias, optime posse hominem vniuersa hæc quando occurrerint, superare: Respondeo id esse omnino impossibile, si notitias magnipendat; notitijs enim istis, mille ineptiæ sese ingerunt, & quædam earum tam subtiles sunt & delicatæ, vt, ne aduertente quidem anima, aliquid illi de suo affricent & aspergant, quemadmodum pix rei illi, quæ

Q 3 attin-

B. Iohannis in Cruce

Opera Mystica

III 124



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

attingit. Respondeo præterea: commodius vna vice vnoque impetu, vniuersa euinci, memoriam in omnibus abnegando.

Sed obijcies adhuc, licet ita se res habeant, multis tamen pijs cogitationibus & considerationibus de Deo priuari animam, quæ multum illi utilitatis conferunt, vt diuinos consequatur fauores. Respondeo, & dico illud, quod pure fuerit Deus, & iuuerit promouere ritque notitiam illam confusam vniuersalem puram, & simplicem, nullo modo relinqui debere: sed illud tantum, quod in imagine, formâ, figurâ, vel similitudine alicuius creaturæ, memoriam detinet. Loquendo

Maximè prodest anima ad diuinos fauores consequendos puritas, & in quo ea consistat?

Magni momenti consilium.

autem de purgatione istâ actiuâ memoriæ dico, ad hoc vt Deus suos concedat fauores, maxime prodesse animæ puritatem, quæ in eo sita est, vt nullo amore creaturæ, vel rei transitorie, aut efficaci, fortique aduertentiæ illius adhæreat; ex quibus tamen existimo, multa, ob imperfectionem propriam potentiarum in suis operationibus, adhæsurâ. Quamobrem consultius erit addiscere modum collocandi ac constituendi potentias in silentio & quiete, ad hoc vt loquatur Deus; nam (sicut diximus) ad statum hunc adipiscendum naturales operationes deficere debent: quod fit, quando (sicut Propheta ait) peruenit anima secundum istas potentias in solitudinem, & loquitur illi ad cor Deus. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.*

Osee 2. 14.

Quod si nihilominus in istis, & dicas, nihil boni obuenturum animæ, nisi consideret memoria, & ad Deum sese reflectat: imò multas eam passuram euagationes ac tepores. Respondeo tibi: impossibile esse aliquid mali, aut distractiones, vel alias ineptias, vel vitia ingredi memoriam, si illa se ab omnibus rebus præsentis vitæ simul, & futuræ abstrahat & recolligat, neque enim patet aditus, per quem ingredi

possint, cum mala ista semper ob memoriæ euagationem irrepant. Hæc certè euenirent, si celestium rerum considerationibus, & discursibus, oclusus ianuis, illas rebus terrenis refereremus: verum nos hoc loco omnibus ijs rebus, quæ vnionem diuinam præpedire queunt, vel distractiones inuehere, illas occludimus ac obstruimus, & memoriam ad hoc inducimus, vt quieta & muta permaneat, & vt auditus spiritus solammodo sit in silentio attentus, dicendo cum Propheta: *Loquere Domine quia audit seruus tuus.* Huiusmodi dotibus ornata suam sponfam volebat sponsus in Canticis dicens. *Soror mea sponja, hortus conclusus, fons signatus,* id est, oclusus omnibus rebus, quæ illum ingredi possunt; maneat itaque hortus animæ clausus, absque sollicitudine & pænâ; nam ille, qui ad discipulos ingressus est corporaliter ianuis clausis, suamque illis pacem impertijt, nescientibus eis, nec cogitantibus, id fieri posse; ingrediatur etiam spiritualiter animam sine eo, quod ipsa modum sciat, vel certe et cooperetur, dummodo anima potentiarum ianuas, memoriæ videlicet, intellectus & voluntatis, omnibus apprehensionibus oclusas retineat, & ipse Dominus replebit illas pace, *declinando super illam* (sicut per Prophetam ait) *fluuium pacis.* atque ita liberabit eam ab omni metu, suspitionibus, turbationibus ac tenebris, quæ illam formidare faciebant ne forte iam perijisset, aut perditionis itinere graderetur. Interea sollicitè operam det orationi, & in nuditate ac vacuitate rerum omnium præstoletur, non enim bonum eius tardabit.

CAPVT III.

De secundo detrimento, quod ex parte demonis, per naturales memoria apprehensiones animae, contingere potest.

Secundum detrimentum positium quod anima medijs notitijs memoriae pati potest, se habet ex parte demonis, qui multum sibi iuris per hoc medium usurpat in animam. Potest siquidem adaugere formas, & illis sedare animam, superbia, auaritia, inuidia, ira &c. Suscitare etiam iniustum odium, vanum amorem, multisque alijs decipere modis. Praeterea solet ipse adeo res Phantasiae imprimere, vt res falsa videantur verae, & verae falsa. Postremo vniuersae fraudes, & damna, quae contra animam molitur demon, per formas ac notitias memoriae ingrediuntur. Quod si anima in omnibus illis sese obscurauerit, & in earum obliuione ad nihilum redegerit, obstruet totaliter huic demoniaco damno aditum ab omnibusque istis rebus libera euadet, quod certe ingens bonum est. Nihil quippe contra animam praevalet demon, nisi medijs operationibus, potentiarum ipsius, praesertim vero formarum specierumque adminiculis: ab illis enim, quasi omnes reliquarum potentiarum operationes pendunt. Vnde si memoria sese in illis annihilauerit, nihil prorsus praevalet demon: nihil enim reperit, per quod attrahere possit animam, si autem nihil inuenerit, nihil potest.

Optarem ego, vt spirituales viri tandem perfecte animae ducerent, quanta nocumenta animabus illorum inferant demones, media memoria, quando illa vti

assuescunt: quantas tristitias, & afflictiones, quot gaudia vana, tam circa ea, quae de Deo cogitant, quam etiam circa res mundanas in eis excitant, quantas etiam impuritates in spiritu radicatas illis relinquunt, diuertendo maxime illas a suprema recollectione, quae in hoc sita est, vt tota anima secundum suas potentias in solo incomprehensibili bono collocetur, & ab omnibus rebus apprehensibilibus abstrahatur. Quares (licet tantum bonum ex vacuitate ista minime sequeretur, sicut est in Deo sese collocare) ob id solum quia est causa, multas pœnas, afflictiones, & tristitias effugiendi (praeter imperfectiones, & peccata, quae hoc modo euadit) maximum certe bonum est.

NOTA: In quo suprema anima recollectio consistat

Apprehensiones istae memoriae morale bonum praepediunt, spiritus vero bonum eam priuauit.

CAPVT IV.

De tertio detrimento, quod in animam per memoria notitias distinctas, & naturales redundat.

Tertium detrimentum, quod in animae apprehensionum naturalium memoriae via resultat, est priuatiuum. Possunt enim apprehensiones istae morale bonum eius praepedire, spirituali vero priuare. Et vt primo loco ostendam qualiter apprehensiones istae morale bonum animae praepediant, sciendum est, morale bonum in passionibus coercendis, appetitibusque deordinatis frænandis positum esse, ex quo sequitur in anima tranquillitas, pax, quies, quae ad morale bonum pertinent. Habenas porro istas ac frænum non potest ferio, fundateque obtinere anima, nisi obliuione sepeliat, & a se ablegat illa, ex quibus affectus oriuntur, nunquam enim aliunde animae turbationes

NOTA: Omnes animae turbationes a solis memoriae apprehensionibus oriuntur.

B. Iohannis in Cruce

Opera Mystica

127

tiones proficiuntur, nisi à memoriæ apprehensionibus; obliuioni quippe traditis rebus omnibus, nihil est quod pacem turber aut moueat appetitus, vt enim commune habet proloquium, quod oculus non vidit, cor non concupiscit. Huius veritatis quolibet momento experimentum capimus: videmus enim quod quotiescunque anima, rem aliquam cogitatione versat, mouetur semper & immutatur parum vel multum re illa, secundum quod illam apprehendit: si res quam cogitat molesta fuerit & onerosa; tristitiam vel odium elicit, si verò grata, & iucunda, gaudium & desiderium. Vnde necessariò oriri debet postmodum turbatio in illius apprehensionis mutatione: nunc itaque lætabitur, nunc mœrore tabescet, nunc odio, nunc amore inflammabitur; nec semper in eodem statu & temperamento (qui tamen effectus est tranquillitatis moralis) poterit permanere: nisi cum omnium rerum obliuisci conatur. Aperte itaque constat, notitias istas non mediocriter in anima virtutum moralium bonum præpedire.

Quod autem implicata memoria spirituale bonum impediatur, manifestè ex dictis demonstratur. Anima siquidem perturbata & bonorum moralium fundamento carens, non est in quantum talis, spiritualis boni capax, quod nequaquam infunditur & imprimitur, nisi in animam attemperatam, moderatam, & tranquillam. Quod si præterea anima arripit, magnique facit apprehensiones memoriæ; cum non valeat intenta esse nisi vni rei, si sese occupet detineatq; rebus apprehensibilibus (quales sunt memoriæ notitiæ) impossibile est eam liberam ac expeditam, pro incomprehensibili bono, qui est Deus remanere. Nam (sicuti dictum est) vt anima ad Deum pergat, potius tendere

debet non comprehendendo, quam comprehendendo: debetque mutabile & comprehensibile pro immutabili, in comprehensibilique petmutari.

CAPVT V.

De commodis, qua in animam ex obliuione & vacuitate cogitationum & notitiarum omnium, que naturaliter circa memoriam haberi possunt, resultant.

EX recensitis damnis, quibus apprehensiones memoriæ afficiunt animam, possumus etiam conijcere emolumenta ipsis contraria, quæ ex obliuione, & vacuitate earum consequuntur. Si quidem iuxta Philosophorum essatum: contrariorum eadem est doctrina.

Primo enim loco tranquillitate ac pace animi perfruitur, cum turbatione & alteratione ex cogitationibus & notitijs memoriæ ortis careat, & consequenter, quod est amplius, puritate conscientie, & animæ gaudet. Quibus rebus magnam sibi dispositionem comparat ad humanam diuinamque sapientiam, & virtutes acquirendas.

Secundo loco, à multis suggestionibus, tentationibus, impulsibusque demonis firmiter munis, quæ ille omnia cogitationum, & notitiarum præsidio Animæ ingerit, facitque illam saltem in multis impuritates labi, & etiam, sicut diximus, in peccata iuxta dictum Dauid: *Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam.* Vnde sublatis è medio cogitationibus, non habet dæmon, quo spiritum aggrediatur.

Tertium commodum est, quod media ista obliuione, & ab omnibus rebus abstractione adipiscitur Anima dispositionem, vt à Spiritu sancto moueatur & eru-

dicatur: qui ut Sapiens ait, *Aufer se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Verum etiam si nullum aliud maius commodum consequeretur homo, quam à pænis & turbationibus, quas obliuione ista, & vacuitate memoriæ euadit, liberum esse, magnum hoc profecto esset illius lucrû, & in hunc bonum, Præsertim cum perturbationes, & afflictiones, quæ propter res, casusque aduersos in Animam deriuatur, nihil omnino ad pacandos ac diminuedos ipsosmet casus deseruiant, imò potius ut plurimum non solum istis casibus, sed etiã ipsi animæ ob sint. Quam ob causam dixit Dauid: *Verum tamen in imagine pertransiit homo, sed frustra conturbatur.* Manifestû quippe est, semper vanum esse turbari, cum hoc nullam vnquã utilitatem addat. Atque ita licet totus labatur, cotruaturque mundus, & omnia contrario modo eueniant, vanum est turbari. Potius enim hoc illis obest quam prodest, cuncta verò cum tranquilla & pacifica æquanimitate sustinere, non solum confert animæ ad plura bona cõsequenda, verum etiã ut congruentius de ipsismet aduersitatib. iudicium ferri possit, remediumque competens eis adhiberi.

Quare probe cognoscens Salomon dânam, & utilitatem huius rei, dixit: *Cognosce quod non esset melius nisi letari, & facere bene in vita sua.* Significare volens, in omnibus casibus quantumuis aduersis, potius nos letari debere, quã turbari, ne maioris boni, tranquillitatis, videlicet, animi, ac pacis, in omnibus rebus aduersis, & prosperis (cuius ope æquanimiter utraq; sustinetur) iacturam faciamus. Quam tranquillitatem nunquam admitteret homo, si nõ modo obliuisceretur notitiarum, cogitationesq; relegaret; verum etiam si ab omni occasione, audiendi, videndi, & conuertendi, quantũ in se esset, sese elongaret, &

abstraheret. Quandoquidem natura nostra, ad eò prona & lubrica est, ut quatumuis sit bene assueta, & exercitata, vix possit per memoriam in aliquid huiusmodi non impingere, quod animum pace tranquillitateque perfuentem, ac omnium oblitũ, non turbet vel alteret. Ideo enim dixit Ieremias: *Memoria memor ero, & tabesceat in me Anima mea.*

Hier. 3. 20

CAPVT VI.

In quo de secundo genere apprehensionum memoria, imaginarijs videlicet, & supernaturalibus notitijs differitur.

Quoniam in primo apprehensionum naturalium genere sufficienter tradiderimus doctrinam pro imaginarijs, etiã naturalis ordinis, expediebat tamen hanc diuisionem adferre, propter alias formas, ac notitias, quas in se fouet & conseruat memoria, quæ rerum sunt supernaturalium, cuiusmodi sunt visiones, reuelationes, locutiones, & sentimenta, quæ via supernaturali cõtingunt. Quarum omnium rerũ, postquã illas experta est anima, solent interdum in memoria, vel phantasia admodum viuæ & efficaciter impressæ imagines, formæ vel figuræ remanere. Pro qua re est etiam necessarium aliqua præbere monita, ne memoria illis sese implicet, sintq; illi obstaculo ad Dei vnionem, in spē pura & integra, obtinendam. Dico itaque ut anima bonum hoc adipiscatur, nunquã debere etiã ita sese super res claras, & distinctas, quas fuerit experta supernaturali via reflectere, ut rerum illarum formas, notitias, & figuras in se conseruet. Illud enim semper nobis præsupponendum est, quod anima quo auidius arripit aliquam apprehensionem naturalem, vel supernaturalem distinctã, & claram; eò minus capacitas,

R citatis,

B.

Iohannis
de CruceOpera
Mystica

NVI

128

citatis, & dispositionis in se habet ad intrādum, in fidei abyssum, in quo cætera omnia absorbentur. Nam (sicut iam explicauimus) nulla forma vel notitia supernaturalis, quæ memoriæ obijci possit est Deus, nec vllam cum Deo proportionem habet, nec potest esse proximum medium vnionis: ab omni autem eo, quod non est deus, euacuari debet anima, vt ad Deum tendat: ergo etiam memoria ab omnibus istis formis, & notitijs sese expedire debet, vt vnatur Deo, modo quodam spei perfectæ, ac mysticæ; Omnis quippe possessio, spei contraria est. *Quæ* (sicut ait S. Paulus) *eorum est, quæ non possidentur: est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium.* Vnde quanto magis memoria se expoliat, & possessione priuat, tanto plus spei istius habet: & quo plus spei adepta est, tanto amplius huius vnionis cum Deo particeps est.

Secundum euacuatio nis memoria me suam conferretur ei vnio diuina.

Quantum enim ad Deum spectat, quò plus Anima sperat, eò amplius obtinet: tunc autem amplius sperat, quando (sicut dixi) se magis omni possessione denudat: quando autem perfecte sese omni possessione priuauerit, perfecte etiam habebit possessionem Dei, qualis in hac vita in vnione diuina obtineri potest. Verum multæ reperiuntur animæ, quæ sapore dulcedineque memoriæ in notitijs cærete recusant, & idcirco ad summam possessionem, integramque dulcedinem non pertingunt: nam qui non renunciat omnibus quæ possidet, nequit esse Christi discipulus.

C A P V T VII.

De damnis, quæ notitia supernaturalium rerum inferre possunt animæ, si sese super illas reflectat. Eorum numerus proponitur, & hoc loco de primo agitur.

Quinq̄ue damnorum generibus subiacet spiritualis, si sibi attrahit, seque per reflexionem ad notitias istas ac formas, quæ illi imprimuntur rerum, quas supernaturaliter experitur, conuertit.

Primum est quia multoties fallitur, vnum pro alio accipiendo.

Secundum, quia est in occasione proxima in præsumptionem, vanitatemque collabendi.

Tertium, quia magnam habet dæmon ansam, ad eum medijs apprehensionibus istis decipiendum.

Quartum est, quia vnionem cum Deo in spe præpediunt.

Quintum, quia vt plurimum abicidit de Deo sentire, & iudicare faciunt.

Quantum ad primum nocenti genus spectat, clare illud patet. Si nemo spiritus homo ad dictas notitias formasque sese reflectat, multoties illum in suo de illis iudicio decipiendum.

Cum enim nemo perfecte scire possit res, quæ naturaliter in sua imaginatione fiunt, nec certum integrumque de illis formare iudicium; multò minus illud ferre poterit de supernaturalibus rebus, quæ nostram excedunt capacitatem & raro eueniunt. Vnde pluries diuinas esse res arbitrabitur, quæ tamen phantasiæ ipsius opus erunt. Interdum etiam ea, quæ à Deo promanant, à Dæmone proficisci credit, quæ verò à Dæmone, tanquam diuina complectetur. Creberrimeque remanebunt ipsi formæ & notitiæ vehementer impressæ bonorum vel malorum alienorum, vel etiam propriorum, & aliæ eiusdem generis figuræ illi olim representatæ, quas certissimas ac verissimas arbitrabitur, erunt tamen mera mendacia, & falsitates.

Aliquando etiam veræ certæque erunt,

Ab omni eo quod nō est Deus euacuari debet anima, vt ad Deum tendat.

Hab. 11. 7.

Quæ (sicut ait S. Paulus) eorum est, quæ non possidentur: est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium.

Secundum euacuatio nis memoria me suam conferretur ei vnio diuina.

Quantum enim ad Deum spectat, quò plus Anima sperat, eò amplius obtinet: tunc autem amplius sperat, quando (sicut dixi) se magis omni possessione denudat: quando autem perfecte sese omni possessione priuauerit, perfecte etiam habebit possessionem Dei, qualis in hac vita in vnione diuina obtineri potest. Verum multæ reperiuntur animæ, quæ sapore dulcedineque memoriæ in notitijs cærete recusant, & idcirco ad summam possessionem, integramque dulcedinem non pertingunt: nam qui non renunciat omnibus quæ possidet, nequit esse Christi discipulus.

C A P V T VII.

De damnis, quæ notitia supernaturalium rerum inferre possunt animæ, si sese super illas reflectat. Eorum numerus proponitur, & hoc loco de primo agitur.

Quinq̄ue damnorum generibus subiacet spiritualis, si sibi attrahit, seque per reflexionem ad notitias istas ac formas, quæ illi imprimuntur rerum, quas supernaturaliter experitur, conuertit.

Primum est quia multoties fallitur, vnum pro alio accipiendo.

Secundum, quia est in occasione proxima in præsumptionem, vanitatemque collabendi.

Tertium, quia magnam habet dæmon ansam, ad eum medijs apprehensionibus istis decipiendum.

Quartum est, quia vnionem cum Deo in spe præpediunt.

Quintum, quia vt plurimum abicidit de Deo sentire, & iudicare faciunt.

Quantum ad primum nocenti genus spectat, clare illud patet. Si nemo spiritus homo ad dictas notitias formasque sese reflectat, multoties illum in suo de illis iudicio decipiendum.

Cum enim nemo perfecte scire possit res, quæ naturaliter in sua imaginatione fiunt, nec certum integrumque de illis formare iudicium; multò minus illud ferre poterit de supernaturalibus rebus, quæ nostram excedunt capacitatem & raro eueniunt. Vnde pluries diuinas esse res arbitrabitur, quæ tamen phantasiæ ipsius opus erunt. Interdum etiam ea, quæ à Deo promanant, à Dæmone proficisci credit, quæ verò à Dæmone, tanquam diuina complectetur. Creberrimeque remanebunt ipsi formæ & notitiæ vehementer impressæ bonorum vel malorum alienorum, vel etiam propriorum, & aliæ eiusdem generis figuræ illi olim representatæ, quas certissimas ac verissimas arbitrabitur, erunt tamen mera mendacia, & falsitates.

Aliquando etiam veræ certæque erunt,

runt, illas tamen falsas autumabit: quamuis hoc mihi tutius videatur; solet quippe id ab humilitate proficisci. Et dato calu illum circa earum veritatem non aberrare: falli tamen poteris in illarum qualitate, existimationeque, iudicando id quod parum est, multum esse, quod autem reuera multum, parum. Circa qualitatem etiam illarum decipi potest, existimando illud, quod in imaginatione fouet, esse talem vel talem rem, & tamen non erit nisi talis, vel talis. *Ponentes vt dicit Isaias, tenebras lucem, & lucem tenebras; amarum in dulce, & dulce in amarum.* Postremo iam quod in vna re non fallatur, prodigium simile erit si non decipiatur in alia: licet enim nolit determinatum de illis iudicium ferre, factis est, quod illud applicet aliquo modo, eas magnificando, vt ad minus passiuè resisteret illi aliquod damnum, etsi non huius generis, de quo nunc agimus, saltem aliquod ex quatuor mox recensendis.

Id ergo, quod spirituali homini faciendum est, ne in istud labatur damnum, ne inquam circa proprium iudicium suum decipiatur est, nolle applicare iudicium ad investigandum quidam illud sit, quod habet ac sentit: vel certe qualis nam erit talis vel talis visio, noticia, aut sententiam: sed neque ista nosse de se deret, neque magnipendar, nisi vt Patri suo spirituali illa recensere possit, vt ab eo instruat, qualiter memoriam ab illis apprehensionibus debeat exinanire, vel quidnam in aliquo euentu, cum hac ipsa nuditate, agere magis expediat. Siquidem quidquid ipsa in se sint, neque eunt illum tantum ad amorem diuinum promouere, quantum minimus actus viue fidei, & spei, qui in vacuitate omnium istorum exercetur.

CAPVT VIII.

De secundo detrimentorum genere; periculo videlicet in propriam labendi estimationem, & presumptionem vanam.

Supernaturales memorie apprehensiones iam explicatae, spiritualibus etiam vitis non mediocri sunt occasio, si illas magnificent, in presumptionem aliquam, vel vanitatem incurrendi. Nam quemadmodum ille, qui nihil horum experitur, plurimum ab huius vitij precipitio abest, cum nihil in se vnde presumat animaduertat; ita est contra ille, qui istis fruitur, insignem præ manibus occasionem habet existimandi se iam aliquid esse; si quidem communicationibus illis supernaturalibus reficitur. Licet enim non inficiet posse eum Deo illa attribuire, illique referre gratias, se indignum reputando; his tamen minime obstantibus, quædam occulta satisfactio, illiusque supernaturalis communicationis, ac sui ipsius æstimatio in spiritu remanere solet, ex quibus imperceptibiliter magna solet spiritualis superbia oriri. Quod ipsi optime agnoscere possunt, ex displicentia, quæ illis subrepat, & animi alienatione, quam sentiunt ab ijs, qui eorum spiritum minime laudant, neque res illas, quas ipsi experiuntur magnificari, nec non ex afflictione, quam sentiunt dum alijs eandem res, vel etiam præstantiores euenire cogitant, vel audiunt. Quæ omnia ex occulta æstimatione & superbia prodeunt, illi tamen haudquaquam animaduertunt, illa se vsquequaque infectos, Arbitrantur

R 2

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

*Imperceptibiliter spiritualis superbia subrepat solet.**Vnde hac superbia cognosci possit?*

trantur quippe certum cognitionis miseriarum suarum modum, satis esse, cum hac tamen cognitione, occulta simul æstimatione ac satisfactione sui ipsorum, pleni permanentes: magis sibi in proprio suo spiritu bonisque complacentes, quam in alieno, sicut Pharisæus, qui Deo referebat gratias, quia non esset sicut cæteri hominum, & quod talibus & talibus virtutibus esset insignis, vnde miser sibi ipsi complacerebat, & præsumebat: *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti &c. Ieiunio bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo &c.* Et quamvis huiusmodi homines formaliter ista non pronuncient sicut Pharisæus iste, habitualiter tamen in spiritu cogitationes huiusmodi gliscunt. Imò aliqui ad tantam delabuntur superbiam, ut dæmone ipso deteriores sint. Cum enim apprehensiones aliquas, sentimentaque deuota ac suauia, secundum ipsorum iudicium à Deo prodeuntia, in seipsis animaduertant, iam tantopere sibi complacent, ut se Deo admodum vicinos existiment: illos autem, qui ijs carent valde remotos, eosque Pharisæi instar spernant.

Ad pestiferum hoc damnum ad eò diuinis oculis execrabile euadendum, duo præ oculis habere debent. Quorum primum est, virtutem minime in istis apprehensionibus, & sentimentis diuinis, licet sublimissima sint, consistere, neque in aliqua alia re istis simili, quam experiri possint: imò potius vice versa in eo, quod in seipso non percipitur, hoc est in humilitate magna, sui que ipsius ac omnium rerum suarum contemptu in anima intime impresso: & in eo, ut inde voluptatè percipiant, quando id ipsum alij sentiant, nihili in alieno corde fieri exoptando. Secundo animaduertere debent vniuersas visiones, reuelationes, & cælestia sen-

timenta, & quidquid aliud maius illis excogitare voluerint, nequaquam tanti esse valoris precijque, ac minimus humilitatis actus, quæ charitatis effectus producit, quæ non sua magni pendit, non ea quærat, non cogitat malum, nisi de se ipsa, nullum bonum sibi ipsi adscribit, sed tantum cæteris. Secundum istam itaque veritatem expedit ne apprehensiones istæ supernaturales eos inflent, aut nimium eorum oculos post se rapiant, sed illarum obliuisci studeant, ut liberi euadant & expediti.

CAPVT IX.

De tertio damno, quod redundare potest in animam, ex parte Dæmonis per apprehensiones imaginarias memoria.

EX omnibus superius dictis optimè colligi & intelligi potest, quanta damna immineant Animæ ex parte dæmonis, per istas supernaturales apprehensiones: Non solum enim potest representate memoriæ & phantasie plures formas, & notitias falsas, quæ tamen bonæ veræque appareant, imprimèdo illas per suggestionem spiritui ac sensui magna cum efficacia & certitudine, ita ut videatur animæ, non posse aliter se rem habere, sed ita omnino esse sicut illi imprimuntur; cum enim transfiguret se in Angelum lucis, apparet animæ lucis instar: sed etiam in veritatibus, quæ à Deo proueniunt, multifariam illam tentare potest, commouendo inordinatè appetitus & affectus, nunc spirituales, nunc sensituios circa illas. Si enim huiusmodi apprehensiones palato animæ arrideant, facillimum est Dæmoni augere appetitus, & affectus, & in gulam spiritualem aliaque detrimenta præ-

Luc. 18. 11.

*In quoniam
vera virtus
consistat?*

NOTA.
Maioris
pretij est
iamimus

præcipitare. Vt autem istud commodius efficeret possit, solet ipse gustum ac suauitatem sensui circa ipsas metres Diuinas instillare & infundere, vt anima illo sapore inescata, delectatione excæcet, & oculos potius ad saporem conuertat, quam ad amorem (ad minus iam non tantum ad amorem) plurisque faciat apprehensionem, quam nuditatem & vacuitatem, quæ in fide, spe & Dei amore reperitur; & hinc pedetentim illam decipit, suas illi fallitates nullo negotio, persuadendo. Animæ quippe obæcæta falsitas, iam non videtur falsitas, & malum non videtur malum: tenebræ enim lux illi videntur, & lux tenebræ, & inde in mille stultitias ruit, & quod vinum fuerat, tam in naturalibus quam etiam in moralibus, & spiritualibus iam in acetum versum est. Quæ omnia idcirco eueniunt illi, quia ab initio non abegauit illarum supernaturalium rerum delectationem, à qua, quia à principio est exigua, vel non adeò nociua, non magnopere sibi cauet Anima, permittitque illam hæere, & veluti granum sinapis in arborem grandem excrescere. Paruus enim error (vt vulgo dicunt) in principio, magnus est in fine.

Quamobrem ad damnum istud, quod Demon inferre potest euitandum, summo opere expedit animæ, nolle huiusmodi rebus oblectari: quia certissimè sensum talis gustu excæcabitur, & cadet: siquidem gustus delectatio, & suauitas natura sua inertem rudemque faciunt animam, illamque exoculant, sicuti hoc significauit David quando dixit, *Forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delictis meis: ac si patentius dixisset, forſitan in delictis meis tenebræ obæcæcabit me, & noctem pro luce habebō.*

CAPVT X.

De quarto detrimento, quod ex supernaturalibus apprehensionibus distinctis memoria in animam resultare potest, vnionem videlicet impedire.

DE quarto isto detrimento pauca hoc loco dicenda occurrunt, eò quod multa de eo passim hoc libro dicta sunt, in quo demonstrauimus, qualiter ad hoc vt anima Deo in spe vnietur, omni possessioni memoriæ nūcium remittere debeat: vt enim spes perfecte integreque feratur in Deum, nihil in memoria superesse debet quod non sit Deus, cum autem (sicut etiam diximus) nulla forma, figura, aut imago siue naturalis siue supernaturalis, quæ in memoriâ cadere possit. Deus sit, nec illi similis secundum quod docuit David dicens: *Non est similis tui in Dijs Domine:* hinc euenit, quod si memoria aliquid horum arripere & attrahere sibi voluerit, obstaculum Deo ponat. Primo, quia se implicat: secundo, quia quo plus possessionis habet, eo minus perfectionis spei sortitur. Necessarium ergo est animam denudatam, formarumque & noticiarum distinctarum supernaturalium rerum oblitam remanere, ne vnioni, cum Deo secundum memoriâ in spe perfecta, obicem ponat.

Psal. 85. 9.

CAPVT XI.

De quinto damno, quod anima per formas & apprehensiones imaginarias supernaturales incurrere potest, quod est abiecte ac improprie de Deo sentire & iudicare.

NON minus perniciosum animæ est quintum damnum quod in illam redundat ex eo, quod velit in memoriâ imaginariæ:

R. 3.

B.

Stannis
Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

ginatina prædictas formas, & rerum, quæ illi supernaturaliter conferuntur imagines, retinere & asseruare: præsertim si illas tanquam Diuinæ vnionis mediū assumere velit. Facillimum enim est de Essentia sublimitateque Dei minus digne & alte iudicare, quā incomprehensibilitati eius cōueniens sit. Quamuis enim ratio, ac iudicium nō eliciat expressum conceptum, Deum esse similem alicui illarum rerum; nihilo secius tamen ipsa met apprehensionum illarum magnipensio efficit, vt anima non adeo excelsè iudicet, sentiatque de Deo sicut fides docet, quæ Deum proponit nobis incomparabilem, & incomprehensibilem. Præterquam quod enim totum, quod hic anima in creatura reponit, à Deo aufert, naturaliter intimis eius media æstimatione rerum illarum apprehensibilem, sit quasi quædam cōparatio illarum cum Deo, quæ non permittit iudicare vel sentire de Deo adeo excelsè sicut deberet. Nam sicuti dictum est, vniuersæ creaturæ, siue terrenæ siue cœlestes; & vniuersæ formæ, & imagines distinctæ naturales & supernaturales, quæ potentijs obijci possant, etiam si sublimitatæ illæ sint; nullam cōparationem aut proportionem cum esse Diuino habent: ipse siquidem nulli generi aut speciei subest. Anima autem in hac vita incapax est clarè, distincteque recipiendi nisi illud, quod aliquo genere vel specie comprehenditur. Idcirco enim S. Ioannes dicit.

Ioan. 1. 18.

Deum nemo vidit vnquam: Et Isaias ait, in cor

Isa. 64. 4.

Oculus non vidit Deum absque te, quæ praparasisti

Exod. 33. 20.

expectantibus te. Mosis quoque dixit Dominus: Non enim videbit me homo, & viuet. Qui ergo implet & occupat metrioriam, & reliquas animæ potencias rebus illis, quas ipsæ comprehendere possunt; Deum magnipendere nequit, nec de illo vt par esset

Fides proponit nobis Deum incomparabilem, & incomprehensibilem.

sentire. Explicemus hoc vili quadam cōparatione: manifestū est quod quo aliquis pluris fecerit famulos Regis, pluraque eorum consideratione occupauerit, minoris pro eo tempore Regem facturum, minusque maiestatem ipsius contemplanturum; licet enim appreciatio hæc formaliter & distinctè in intellectu non reperitur, in ipso tamen opere, seu actu reperitur: quod enim plus famulis tribuit, eò amplius eorum Domino subtrahit, & tunc temporis nequaquam is de Rege excelsè sentiret, siquidem famuli aliquid viderentur ei, præsentē Rege. Eodem modo euenit animæ cum Deo suo, quando dictas res magnipendit. Quamuis cōparatio hæc sit admodum vilis: nam (sicuti diximus) Deus diuersæ & alterius essentiz est ab omnibus suis creaturis, qua in immensum vnuerfas illas excedit. Quamobrem vnuerfas illas præterire oportet, in nullaque illarum forma debet anima oculos defigere, vt illos ad Deum collimare valeat per fidem & spem perfectam. Vnde illi, qui non modo magnificiunt apprehensiones illas, sed etiam Deum alicuiusmodi arbitrantur similem, earumque præsidio se ad vnionem cum Deo tendere posse opinantur, in graui iam versantur errore, nec tantopere fidei lumine intellectu vtantur; quo medio hæc potentia Deo copulatur: sed neque in ipsi sublimitate incrementa capient, cuius interuentu (sicuti diximus) memoria Deo coniungitur, quod fieri debet, ab omni imaginaria se ipsam separando.

CAPVT XII.

De vtilitatibus, quas elicit anima separando à se imaginarijs apprehensionibus. Respondetur etiam cuidam obiectioni, & quædam differentia, qua inter apprehensiones imaginarias naturales, & supernaturales reperitur, demonstratur.

Com-

Commoda & vtilitates, quæ in euacuanda ab Imaginarijs formis imaginatiua reperiuntur, satis liquido ex quinque iam recensitis damnis constant, quæ in animam, si illas amplecti retineat, voluerit, deriuantur, sicut etiam de naturalibus formis ante monuimus. Verum præter dicta commoda suppetunt aliae vtilitates ad requiem ac tranquillitatem spiritus admodum cõferentes. Nam vt præteream naturaliter quiete hac spiritum frui, quamdiu ab imaginibus & formis liber est, immunis quoq; est à cura & sollicitudine inuestigandi, an bonæ sint, vel malæ, & qualiter sese gerere debeat in vtrisque; insuper sit liber à labore & temporis iactura quam subire oportet, cum spiritualibus magistris; requirendo ab eis, vt bonæ sint an malæ, istius vel alterius generis decernant, nihil enim istorum nosse oportet, cum nulli rerum istarum inniti ac inhætere debeat, sed illas in sensu explicato abnegare. Atque hac ratione tempus viresque animæ quas in hisce rebus cõsumere debebat, in alio meliori & vtiliori exercitio occupare potest, nempe in exercitio voluntatis erga Deum, & in studio quærendi nuditatem & paupertatem spiritualem, & sensitiuam; quæ consistit in seria voluntate, ac deliberatione omni adminiculo & fulcramento consolatorio, & apprehensiuo, tam interiori quam exteriori carendi, Quæ omnia egregiè exercentur, si optet & conetur sese ab istis formis auellere, siquidem tam ingens inde commodum consequetur, ac est Deo vicinior fieri, qui omni imagine, forma ac figura caret, idque eo amplius obtinebit, quo magis se ab vniuersis formis, imaginibus & figuris abalienauerit.

Verum fortasse obijcies, cur igitur plurimum spiritualium consilium est, vt studeant & conentur animæ, in suam conuertere vtilitatem communicationes sentimentaque Diuina: & vt cupiant aliquid à Deo recipere, quo sic habere possint quod illi offerant, nisi enim ipse nobis dederit, nihil illi retribuemus. Præterea S. Paulum dicere. *Spiritum nolite extinguere.* Et ipsò um sp̄s̄: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* quæ res apprehensionē aliquam significant. Omnia autem hæc (secundum superius allatam doctrinam) tantum abest vt sint desideranda & requirenda, sed etiam si offerantur & præbeantur à Deo, sint respuenda & reiicienda. Nemini autem ambigere licet, quod quoniam Deus ea largitur, ob finem optimum hoc faciat, bonumque ac salutarem effectum sortiantur. Nec debere nos margaritas repudiare. Quin potius genus quoddam esse superbiz, res Diuinas admittere nolle, quasi sine illis nobis ipsis sufficientes esse possimus.

Vt obiectionis huius nodum dissoluamus, consideranda præ oculisque habenda sunt ea, quæ capite decimo quinto & Decimo sexto Libri Secundi dicta sunt, quibus locis magna ex parte dubitationi huic satis factum est. Dicitur quippe ibi est bonum seu commodum, quod ex supernaturalibus apprehensionibus in Animam redundat, quando illæ à Deo proueniunt, passiuè conferri efficique in Anima, tunc cum sensibus representantur, absque eo quod potentiz aliquid ad hoc operatione sua conferant. Quare non est necesse vt voluntas actum admittendi illas eliciat. Nam (sicut etiam diximus) si tunc voluerit anima iuxta aptitudinē potentiarum suarum

Magni momenti dubiū proponitur ad libri huius doctrinam clarities intelligendam.

1. The sal. 5. 19. 8. 6.

Dubiū propositi resolutio.

B.
Iohannis
de Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

rum cooperari, potius operatione sua naturali & vili impediet supernaturalia, quæ per apprehensiones istas tunc in ea operatur Deus, quam vtilitatem aliquam operationis suæ percipiet; Quin potius quem admodum passiuè confertur animæ apprehensionum illarum imaginariarum spiritus, sic etiam passiuè se habere debet Anima in eis, non interponendo actiones suas interiores, vel exteriores in vili re, in sensu superius explicato. Atque hoc est reuera Dei sentimēta cōseruare: hoc quippe modo non eas vili sua obiectaque operatione amittit. Hoc ipsum etiam est nō extinguere spiritum: extingueretur enim, si animo aliter se gerere vellet, quam à Deo ducitur, quod certe faceret, si infundendo illi Deus spiritum passiuè, sicuti in istis apprehensionibus facere consuevit, vellet illa tunc in illis se aëtiuè gerere, operando propria intellectus operatione. Vel appetendo in eis aliquid aliud, præter id quod Deus largitur: quod & manifestum est, si enim tūc anima conetur operari, vim sibi inferendo, illius opus, limites naturæ non excedet, vel ad summum si fuerit supernaturalē, erit longe inferius eo, quod Deus in ea vult efficere; ex se enim amplius præstare non potest, siquidem ad supernaturalia tam sublimia, vti hæc sunt, nec se ipsam mouet, nec mouere potest, sed à Deo mouetur, & ab illo in eis collocatur ipsa consensum præbendo. Ac proinde si tūc anima à se ipsa operari studeat, necessario quantum in se est, operatione sua debet impedire, quod Deus ei communicat, hoc est spiritum, quia propriæ operationi insistit, quæ alterius speciei est, longeque inferior, illa quæ Deus cōmunicat. Et hoc est spiritū extinguere. Quod autem operandi hic modus vilior sit & abiectior, manifestum etiam est, non enim potentia animæ iuxta suum ordina-

*Quid est
illud Apo-
stoli. Nolite
extinguere
spiritum.*

rium & naturalem modum operari & sese reflexere possunt, nisi super figurā aliquā, formam vel imaginem: hæc autem cortex sunt duntaxat & accidens substantiæ & spiritus, qui sub huiusmodi cortice & accidente continetur. Quæ substantia & spiritus non vniuntur potentia animæ in vera intelligentia & amore, nisi quādo hæc quasi reflexa & imperfecta potentia operatio cessat & interimitur. Finis quippe, & intentio huiusmodi operationis, quæ anima ex suo vellet moliri, nullus alius est, quam recipere in anima substantiam intellectam, & amatam formis illis obuelaram.

Vnde discrimen, quod inter operationē aëtiuam & passiuam intercedit & excessus quo vna alterā superat, idē est, quod inter rem, quæ fit, & illam quæ iam fieri desijt, & inter illud quod assequi peroptamus, & inter rem iam obientam. Vnde etiam cōiicitur, qd si anima velit aëtiuè exercere potentias suas in huiusmodi apprehensionibus supernaturalibus, in quibus (sicuti diximus) confert illi passiuè Deus spiritum ipsarum, hoc nihil aliud esset, quā aditum iterum agere, sicq; non frueretur rebus iā acquisitis, nec aliquid aliud operatione sua consequeretur, quam rem iā peractā & absolutā impedire. Vt enim diximus nō possunt operationes istæ ex se spiritum illum, quem conferebat Deus animæ absq; illarum exercitatione, attingere. Hocque directe esset spiritum extinguere, quē diēis apprehensionibus imaginarijs infundit Deus, velle scilicet, illas magnipendere, illisque inhærere, quare debet illas prætermittere, passiuè sese in illis, vt diximus, habendo: tunc enim Deus animam ad altiora multoque sublimiora, quā ipsa assequi sciuisset aut potuisset, promouet, & subleuat. Nam propterea dixit Propheta: *Super custodiam meam stabo, & si- gam gradum super munitionē, & contemplan-*

*Discrimen
inter op-
erationem
potentia
aëtiuā &
passiuam.*

*Not. A.
Discrimen
inter op-
erationem
potentia
aëtiuā &
passiuam.*

*Quæstio
si gerere
debet a-
nima in
apprehen-
sionibus
supernaturalibus.*

*Discrimen
inter op-
erationem
potentia
aëtiuā &
passiuam.*

quid dicatur mihi. Quod perinde est, ac si dixisset. Eretus manebo super custodiam potentiarum mearum, & ne vnum quidem passum faciã in operationibus meis; atque hoc modo contemplari poterò illud, quod dictũ mihi fuerit, hoc est, intelligã, & degustabo illud, quod supernaturaliter mihi fuerit communicatum. Illud etiam quod ex Canticis obijcitur de amore, quem ipse sponsum à sponsa exigit, cuius officium est, assidue amatum rei amatã, accipi debet; ideoque illi dicit, ut illum ponat velut signaculum super cor suum, quod sagittæ pharetræ amoris ferire solent, quæ motiva sunt actionesq; amoris; ut vniuersæ sagittæ istæ illum petant, cum ipse sit ibi prospecto & signo illarum; utque hoc modo omnes in illum conuertantur, animaque similis illi, per actiones & motus amoris euadat, donec in illum transformetur. Dicit præterea sponsus, ut ponat illum velut signaculum super brachium suum, in ipso namque amoris exercitium consistit, siquidem illi innititur, & ipso recreatur & demolitur dilectus.

Quamobrem id, ad quod vniuersas vires suas intendere debet anima est, ut in omnibus apprehensionibus, quæ desuper illi venerint, siue imaginarijs, siue cuiuscunque alterius generis, siue visiones sint, siue loquutiones, sentimenta vel reuelationes, nihil faciendõ litteram & corticem (hoc est id quod significant vel repræsentant vel innuunt) oculos ac conatum omnem in Dei amorem conuertat, quæ illi interius in anima producunt. Atque in hoc sensu, hocque modo magnificere debet sentimenta; non gustum suauitatemq; illorum: aut figuras, sed amoris sentimenta, quæ producunt. Atque ad hunc solum finem & effectum, posse interdum imaginum illarum ac apprehensionum, quæ illam amore inflammantur meminisse, ad suggeren-

dum videlicet spiritui motiva & spicula amoris. Licet enim huiusmodi res, non aded intentum postmodum producant effectum cum illarum recordamur, sicuti quando nobis primum sunt communicatæ produxerunt, nihilominus tamen cum illas in memoriam reuocamus, reuocatur amor, sequiturque mentis in Deum eleuatio; præsertim, cū est memoria aliquarum imaginum, figurarum vel sentimentorum supernaturalium, quæ insculpi & imprimi tantopere solent in anima, ut multo in ea tempore durent, & aliquæ vix vnquam aboleantur. Huiusmodi porò imagines, quæ hoc modo insculpuntur animæ, quasi semper quod ad illas se conuertit, diuinos amoris, suauitatis lucisque &c. effectus ingenerant; interdum plus interdum minus: ad hunc quippe finem & effectum à Deo sunt insculptæ. Quare insigni ille cumulatur beneficio, cui à Deo talia conferuntur: hoc siquidem nihil aliud est, quam ditissimas bonorum fodinas possidere. Huiusmodi figuræ, quæ tales producunt effectus viuo modo in hærent animæ secundum eius memoriam intelligibilem, non enim sunt aliarum imaginum & formarum iustar, quæ in Phantasia asseruantur. Vnde nec opus est animã eas ab istâ potentia mendicare, quando illarum vult meminisse; agnoscit quippe & animaduertit illas se in se ipsa gestare, ad eum modum, quo imago in speculo apparet. Quando ergo acciderit aliquam animam dictas figuras formaliter in se habere, benè poterit illarum reminisci ad effectum amoris, de quo dixi, non enim impediunt illum in consecutione vniõnis amoris in fide, dummodo non se nimium figuræ illi applicet, aut in illa occupet, sed amore obtento, rejiciat ac excludat confestim imaginem: & hoc modo potius illum ad vniõnem promouebit.

B.

Stannis
i CruceOpera
lystica

NVI

124

*Discrimen
inter ima-
gines spiri-
tuales &
imagines
Phantasia.*

Difficulus discerni potest, quando imagines istae attingunt directè id, quod est spirituale in anima, quando verò solum in Phantasia morantur. Imagines enim Phantasiae solent etiam esse admodum frequentes, aliquae siquidem personae valde ordinariè gerunt in imaginatione & Phantasiae imaginarias visiones, creberrimeque vno eodemque modo illis representantur, id ex eo proveniat, siue quod organum habeant admodum apprehensivum, ita ut si vel minimum quid cogitent, continuo represententur illis, & effigietur figura illa ordinaria in Phantasia, siue etiam quia illam daemon imprimi: siue denique quia ipsemet Deus illam inserit, absque eo quod in anima formaliter imprimatur. Res tamen haec ex effectibus dignosci potest, naturales enim imagines vel à Dæmone profectae, licet quam maxime illarum quis recorderetur, nullum effectum vtilem producant, nec spiritualem in anima renouationem; sed aride tantummodo illas intuetur. Imagines verò bonae, licet operentur semper in anima aliquem bonum effectum, dum illarum recordatur, quemadmodum etiam dum primà de illis vice cogitaretur, operatae sunt, formales tamè. i. quae animae imprimuntur ferè semper, quādo ad illas intueñas conuertitur, aliquè effectum producant. Qui has formales imagines fuerit expertus, facili negotio utraque agnosceret, manifesta siquidem est illi directà differentia, qui haec experimento degustauit. Illud vnum dico, imagines illas, quae formaliter & perseveranter imprimuntur animae, facilius contingere. Ceterum siue sint istae, siue illae, expedit animae nihil comprehendere velle, praeter Deum, per fidem in spe. Ad hoc autem, quod obijciebatur videri superbiam, huiusmodi res, si bonae sint repudiare. Respondeo potius insignis esse

*Expedit
animae ni-
hil compre-
hendere
velle pra-
ter Deum
per fidem
in spe.*

humilitatis prudenter illis, quam optimo fieri possit modo uti, sicuti dictum est, & tutiora sectari.

CAPVT XIII.

*In quo de Spiritualibus notitijs, quatenus ad
memoriam spectare possint,
diferitur.*

Spirituales notitias, tertium apprehensionum memoriae genus esse diximus, non quia illae ad corporeum Phantasiae sensum spectent, ut reliquae; sed quia etiam reminiscitiae ac memoriae spirituali subsunt. Postquam enim illarum aliqua fuerit animae representata, potest illa quando libuerit ipsarum meminisse: & hoc, non propter figuram & imaginem, quam apprehensio huiusmodi in sensu corporeo reliquerit (nam cum corporeus sit ut diximus, incapax est spiritualium formarum) sed intellectualiter & spiritualiter meminit illarum ob formam, quam sui in animam reliquit apprehensio illa impressam, quae etiam est forma, vel notitia, vel imago spiritualis, vel formalis, cuius praesidio sibi reuocat in memoriam, vel certè meminit illius, propter effectum, quem produxit. Atque haec est causa cur apprehensiones istas inter memoriae apprehensiones numero, etiam si ad phantasiae directè non pertineant.

Quales autem sint notitiae istae, & qualiter se anima in illis gerere debeat, ut ad segetem vnionem cum Deo tendere valeat, sufficienter declaratum est capite vigesimo quarto secundi libri, vbi de illis sicut de intellectus apprehensionibus egimus; dicto itaque loco videre licet. Diximus enim ibi in duplici differentia esse notitias istas: quasdam perfectionum increatarum, alias vero

verò rerum creatarum. Id solummodo quantum nunc ad præsens nostrum institutum attinet, qualiter videlicet se in illis gerere debeat memoria, ut ad vniuersalem pergat; dico quod (ut immediate docuimus, de notitijs formalibus capite antecedenti, ad quod formalium noticiarum genus etiam istæ, de quibus agimus spectant, cum sint rerum creatarum) dico inquam, quod quando salutarem produxerint effectum, potest anima illam reminisci; non ad hoc ut illas in se ipsa retinere velit; sed ad viuificandum amorem, & Dei notitiam. Verum si illarum recordatio nullum bonum effectum inducit; nunquam velit illas ad memoriam admittere. Verum de increatarum rerum notitijs, hoc pronuncio, ut quam creberrimè fieri poterit illarum recordari fatigat, præstantissimum quippè ex ijs hauriet effectum, siquidem sicut ibi diximus sunt tactus sentimentaque vniuersalis diuinæ, ad quam dirigimus animam. Horum autem tactuum & sentimentorum non recordatur memoria, ob aliquam formam, imaginem vel figuram, quam ipsa animæ imprimant, nullam enim formam tactus illi ac sentimenta vniuersalis cum creatore sentiuntur, sed ob effectum lucis, amoris, suauitatis, spiritualis renouationis, quem in illa pridem reliquerunt, quorum quotiescunque recordatur, aliquid horum renouari sentit.

CAPVT XIV.

Vniuersalis præscribitur modus, quem spiritualis tenere debet circa istam memoriam potentiam.

VT tandem huic de memoria tractationi finem imponamus, operæ præteritum erit ad breuem hoc loco synopsis

ac compendium redigere modum, quo vniuersaliter spiritualis lector uti debeat, ut secundum istam potentiam Deo vniatur. Licet enim, ex dictis ea res constet, nihilominus in compendium reuocata doctrina, commodius percipitur. Quamobrem illud ei altè perpendendum est, quod quoniam id quod hic intendimus est, ut anima vniatur Deo secundum memoriam in spe; id verò quod speratur illud esse quod non possidetur, & quo minus aliarum rerum possidet anima, eo maiorem capacitatem aptitudinemque ad sperandum id, quod sperat, eam habere, & consequenter maiorem spei perfectionem, & quod quo plures res possederit, minorem eam habere capacitatem & aptitudinem ad sperandum, & consequenter minorem spei perfectionem. Præterea aduertendum illi est, secundum istam doctrinam, quod quo plus anima despoliauerit & priuauerit memoriam formis rebusque alijs, quæ à memoria retineri possunt, quæ non sunt diuinitas, vel Deus humanatus (cuius memoria consideratioque magni semper momenti est ad finem consequendum), utpote illius, qui est vera via, dux, auctorque bonorum omnium) eò amplius collocabit, figet memoriam in Deo, ac magis illam exhibebit vacuam, ut speret ab eo memoriæ suæ plenitudinem.

Illud itaque quod illi faciendum est ut in integrâ purâque spe DEI viuat est, ut quotiescunque sese obtulerint illi notitiæ, formæ & imagines distinctæ (secundum iam allatam doctrinam) nequaquam se in illis detinendo, confestim Animam ad Deum in vacuitate totius illius memorabilis, cum affectu amoroso conuertat, non cogitando nec amplius res illas intuendo, nisi quantum illi ad earum memoriam retinendam

S 2 dam

B.

Stannis
Cruce

Opera
Lystica

NVI

124

*Humana
si Dei me-
moriam sem-
per retinē-
da.*

*Non debet
homo obli-
uisci rerū
illarum,
ad quas
sciendas &
faciendas
tenetur.*

dam (vt nimirum intelligere & exequi possit ea, ad quæ tenetur, si illæ fuerint rei obligationem aliquam inducentis) satis fit. Quod taliter fieri debet, vt minime illis affectu delectationeque adhaereat, ne forte aliquem post se sui effectum seu impedimentum in anima relinquat. Quare non debet homo abolere memoriam & cogitationem rerum illarum, ad quas faciendas & sciendas obstringitur: dummodo enim absint affectiones proprietatis, nullum illi memoriæ istæ, adducunt nocuum. Ad hunc effectum, non mediocriter proderunt versiculi montis capite 13. libri primi exarati. Verum animaduertere te hoc loco oportet (ô charissime lector) quod nequaquam assentimur, neque conspiramus, sed neque assentiri & conspirare in hæc nostrâ doctrina volumus, cum illa pestiferorum hominum doctrina, qui à satanica superbia inuidiaque persuasi eliminare & extirpare ab oculis fidelium sanctum & necessarium usum, inclyrantq; Dei ac sanctorum imaginum adorationem & venerationem voluerunt. Quin potius nostra hæc doctrina plurimum ab illa discrepat: non enim hoc loco docemus vt non habeantur imagines, neque vt illis adoratio debita impendatur, sicut ipsi docent: sed solummodo explicamus discrimen quod inter illas Deumque reperitur: & vt taliter picturas intueantur, vt non impediatur ad id, quod imagines representant, tendere plus illis quam ad pergendum ad spiritualia satis sit, inherendo. Quemadmodum enim bonum necessariumque est medium ad consequendum finem (cuiusmodi medium sunt imagines ad reuocandum in memoriam Deum ac sanctos) ita etiam quando plus assumitur ex medio, plusque in eo sistitur quam solius medij necessitas postulet, ipsam medium affectionem finis impedit, & re-

tardat. Quanto magis, quod id, quod ego hoc loco doceo & maxime inculco, locū præsertim habet in imaginibus & visionibus interioribus, quæ efformantur in anima, eo quod circa illas multæ deceptiones ac pericula contingant. Verum quantum ad memoriam, ad orationem, & æstimationem imaginum, quam nobis sancta mater nostra Ecclesia Catholica proponit, attinet, nulla deceptio, nullumque periculum inde emirgere potest, neque illarum memoria poterit animæ non prodesse: memoria siquidem illa, semper est annexa amoris rei illius quam representant, & quæ diu vretur imaginibus ad istum finem, semper promouebunt illam ad vniorem cum Deo, dummodo, permittat euolare animam (cum illi hanc Deus concesserit gratiam) à pictura ad rem viam, in oblivione totius creaturæ rerumque ad creaturas spectantium.

CAPVT XV.

Inchoatur tractatio de nocte obscura voluntatis. Quædam Deuteronomij authoritas adducitur, itemque alia Davidis, postremo affectuum voluntatis diuisio adfertur.

Nihil profus in intellectu ad eum in virtute fidei fundandum repurgando, memoriaque (in sensu cuius monuimus cap. 6. lib. 2.) itidem repurganda ac in spei virtute constituenda præstitissemus, nisi etiam voluntatem in ordine ad charitatem, quæ tertia virtus est consequendâ, repurgaremus, per quam opera in fide peracta, viua sunt magnique pretij, & sine quâ nullius sunt valoris. Vt enim Sanctus Iacobus ait, *Fides sine (charitatis) operibus mortua est.* Vt autem nunc de nocte nuditateq;

A. G. I. A.

Activa istius potentiae agere possumus, ut illam in hac charitatis Dei virtute perficiamus ac stabiliamus, non reperio auctoritatem magis accommodam ac congruentem illi, quae in Deuteronomio scripta est: *vbi ait Moyses. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Quibus verbis quidquid spirituali homini faciendum incumbit, & quidquid ei ego hoc loco, ut serio per voluntatis unionem charitate media ad Deum perveniat, traditurus sum, continetur. Hisce enim verbis iubetur homo uniuersas potentias & appetitus: operationes item & animae suae affectus, in Deo impendere, idque taliter, ut uniuersa habilitas animaeque fortitudo, ad nihil aliud, nisi ad hoc solum deferuiat, iuxta id quod dixit David. *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Animae autem fortitudo ac robur in potentibus, passionibus appetitibusque consistit: quae uniuersa à voluntate reguntur. Quando ergo passiones istas, potentias & appetitus in Deum dirigit voluntas, & ab omnino, quod Deus non est, diuertit & auellit: tunc uniuersam animae fortitudinem ad Deum custodit: sicque Deum amat ex tota fortitudine sua. Vt autem hoc anima praestare possit, agemus hoc loco de voluntate, ab omnibus suis affectionibus deordinatis repurganda, vnde illi nascitur, non custodire ad Deum uniuersam fortitudinem suam. Affectiones istae seu passiones sunt quatuor, Gaudium scilicet, Spes, Dolor, & Timor. Quae passiones si iuxta rectam rationem in opus prodeant, anima eas in Deum ordinante, ita ut de nulla re laetetur nisi de eo, quod pure ad gloriam honoremque Dei Domini nostri spectat, nec praeter eum aliquid aliud speret: neque de aliqua re doleat, quae huc non reuocatur: neque, aliquid praeter Deum solum metuat: clarè patet eas dirigere & custodire

animae fortitudinem & aptitudinem ad Deum. Quo enim intellectus alia in te laetata fuerit anima, eodem missus debiliusque gaudium suum circa Deum occupabit: & quo in aliqua alia re amplius spem suam reposituerit, eodem minus Deo fidit: & sic de reliquis.

Vt autem copiosorem pleniorque huius rei doctrinam adferamus, more nostro singillatim de vnaquaque quatuor istarum passionum, nec non de voluntatis appetitibus disseremus. Vniuersus siquidem negotij huius unionis cum Deo cardo, in repurganda à suis affectionibus & appetitibus voluntate positus est: ut hactatione voluntas humana & vilis, in Dei voluntatem euadat, vnum, idemque cum Dei voluntate effecta.

Quatuor istae passiones, tanto plus sibi iuris usurpant in anima, tantoque illam amplius oppugnant, quanto debilior ac infirmior fuerit in Deo voluntas, & quo plus à creatoris pendet. Tunc enim nullo negotio de istis laetatur rebus, quae gaudium minimè promerentur, tunc eas sperat, in quibus nihil est commodi: dolet etiam, de quo fortasse laetari oportebat, & timet vbi nihil esset metuendum.

Ex affectionibus istis uniuersa vitia imperfectioneque nascuntur in anima, quando illi sunt efferates: cunctae etiam virtutes, quando ordinati illi sunt & rectè dispositi. Sciendum verò est, quod iuxta modum mensuramque, qua vnus illorum rectè & secundum rationem fuerit dispositus, ceteros quoque eodem modo disponendos. Ad eodè quippe coniunctae & inuicem sibi consentientes sunt quatuor istae animae passiones, ut quo actualiter vergit propèdetque earum vna, reliquae etiam eodem virtualiter tendant: quod si etiam se subtrahat subducatque actualiter illarum aliqua, ceterae etiam secundum eandem pro-

S. 3. portio

B.

Iohannis
CruceOpera
Lystica

NVI

124

Vniuersus
negotij u-
nionis cu
Deo cardo
in repur-
ganda ab
appetitibus
suis volu-
tate positus
est.

Ex appeti-
tibus deor-
dinatis, u-
niuersa
vitia &
imperfe-
ctiones nasci-
cuntur.

Ex ordi-
natis verò,
cunctae
virtutes.

portionem seu mensuram virtualiter se
 subtrahunt, & subducunt. Nam si voluntas
 de re aliqua letatur, consequenter ad ean-
 dem mensuram debet illam sperare; vir-
 tualiterq; ibi etiam dolor de illa continetur
 & timor: & viceversa, quo magis a re
 quapiam gaudium & delectatio abstrahitur,
 dolor quoque, timor & spes illius euane-
 scunt. Ad similitudinem (quamuis ne-
 quaquam hoc sit, quod illo loco adombra-
 tur) quatuor illorum animalium, quæ in
 corpore vno conspexit Ezechiel, quæ qua-
 tuor habebant facies, alæq; vnus alterius
 alis erant affixæ, & vnum quodque ante faciem
 suam gradiabatur, nec reuertebantur
 cum ambularent, & facies & pennas per
 quatuor partes habebant, iunctæque erant
 pennæ cor. alterius ad alter. & nõ reuertebantur,
 cum incederent, sed vnum quodque
 ante faciem suam gradiabatur. Ad eundem
 modum colligatæ sunt inuicem virtutum
 & affectionum harum alæ, cuiuscunq;
 alterius alis, vt quocunq; actualiter
 aliqua illarum faciem suam, hoc est opera-
 tionem suam, conuerterit; necessario reli-
 quæ virtualiter illam associare comitariq;
 debent, & quoties illarum vna ad terram
 fuerit demissa, vt ibi dicitur, demittentur
 & declinabunt etiam ceteræ: & quando
 sursum fuerit eleuata, etiam reliquæ eleua-
 buntur. Quo spes perrexerit gaudium quoq;
 timor & dolor subsequetur: quod si ea re-
 trocesserit, aliæ quoq; retrocedent, & sic
 de reliquis.

Ex quibus animaduerti colligique de-
 bes (ò spiritualis) quocunq; se conuertere-
 rit aliqua istarum passionum, totam quoq;
 animam, voluntatem, ceterasque poten-
 tias eodem abstrahit victuraque sub capti-
 uitate passionis istius, & insuper reliquæ
 tres passiones etiã in illa passione viuunt, vt
 affligant animam, nec illam ad libertatem,
 dulcisq; contemplationis & vnionis requie

*Quanta sit
passionum
istarum
inter se co-
nexio.*

Ezech. 1.8.

*Quocunq;
se conuerterit
aliqua pas-
sionum i-
starum, co-
quoque to-
tam ani-
mã illius-
que poten-
tias abstru-
vas.*

euolare parantur. Idcirco enim Boetius
 dixit. Quod si perspicuã luce veritatem in-
 telligere cupias; procul a te gaudia, spẽ, ti-
 morem doloremq; releges. In quantum enim
 passiones istæ principatum obtinent,
 non sinunt animam esse tranquillã & pa-
 catam, quod ad sapientiam, quæ naturaliter
 & supernaturaliter acquiri potest, ne-
 cessario requiritur.

CAPVT XVI.

*De prima voluntatis affectione differere auspi-
 catur. Quid nam sit gaudium explicat, proponit
 etiam rerum in quibus voluntas delectari
 potest, distinctionem.*

Prima passionum animæ affectuumq;
 voluntatis est gaudium; quod (secundũ
 eam acceptionem, secundum quam loqui
 de illa statuimus) non est aliquid aliud, quã
 satisfactio quædam voluntatis, coniuicta
 æstimationi, rei cuiuspiam, quam sibi con-
 uenientem esse iudicat, nunquam enim
 voluntas de re aliqua letatur, nisi quando
 illam appetit, illãque oblectatur. Quod
 tamẽ de gaudio actiuo accipi debet, quod
 tunc euenit, quando anima distincte ma-
 nifesteque intelligit illud de quo letatur,
 in eiusque situm est potestate de illa letari
 vel non letari. Est enim aliud gaudium
 passiuum, in quo potest seipsam repeteri
 anima letantem seu fruientem, nihil ta-
 men clari distinctique intelligendo (& in-
 terdum etiam intelligendo) vnde gaudium
 eiusmodi deriuetur. nec illo tempore sui
 arbitrij est, gaudium huiusmodi percipere
 vel non percipere. Atq; hac de re age mus
 postmodum. Nunc de gaudio in quantum
 actiuum est, ac voluntarium rerum distin-
 ctarum & manifestarum, duntaxat dis-
 cemus.

Gaudium ex sex rerum vel bonorum
 gēte.

*Boetius
 dicitur
 quod si
 perspicua
 luce
 veritatem
 intelligere
 cupias
 procul
 a te
 gaudia
 spe
 timorem
 dolore
 releges
 in quantum
 enim
 passiones
 istae
 principatum
 obtinent
 non sinunt
 animam
 esse
 tranquillam
 &
 pacatam
 quod ad
 sapientiam
 quae
 naturaliter
 &
 supernaturaliter
 acquiri
 potest
 necessario
 requiritur*

*Prima
 voluntatis
 affectione
 differere
 auspicatur
 Quid
 nam
 sit
 gaudium
 explicat
 proponit
 etiam
 rerum
 in
 quibus
 voluntas
 delectari
 potest
 distinctionem*

*Prima
 passionum
 animae
 affectuumque
 voluntatis
 est
 gaudium
 quod
 secundum
 eam
 acceptionem
 secundum
 quam
 loqui
 de
 illa
 statuimus
 non
 est
 aliquid
 aliud
 quam
 satisfactio
 quaedam
 voluntatis
 coniuicta
 aestimationi
 rei
 cuiuspiam
 quam
 sibi
 conuenientem
 esse
 iudicat
 nunquam
 enim
 voluntas
 de
 re
 aliqua
 letatur
 nisi
 quando
 illam
 appetit
 illamque
 oblectatur
 Quod
 tamen
 de
 gaudio
 actiuo
 accipi
 debet
 quod
 tunc
 euenit
 quando
 anima
 distincte
 manifesteque
 intelligit
 illud
 de
 quo
 letatur
 in
 eiusque
 situm
 est
 potestate
 de
 illa
 letari
 vel
 non
 letari
 Est
 enim
 aliud
 gaudium
 passiuum
 in
 quo
 potest
 seipsam
 repeteri
 anima
 letantem
 seu
 fruientem
 nihil
 tamen
 clari
 distinctique
 intelligendo
 &
 interdum
 etiam
 intelligendo
 vnde
 gaudium
 eiusmodi
 deriuetur
 nec
 illo
 tempore
 sui
 arbitrij
 est
 gaudium
 huiusmodi
 percipere
 vel
 non
 percipere
 Atque
 hac
 de
 re
 age
 mus
 postmodum
 Nunc
 de
 gaudio
 in
 quantum
 actiuum
 est
 ac
 voluntarium
 rerum
 distinctarum
 &
 manifestarum
 duntaxat
 discemus*

*Gaudium
 ex
 sex
 rerum
 vel
 bonorum
 genere*

generibus oriri potest: videlicet, Temporalibus, Naturalibus, Sensualibus, Morali-
bus, Supernaturalibus, & Spiritualibus: de quibus ordine suo disputabimus, voluntatem rationi conformando, ne illis irretita & implicata vniuersam gaudij su-
am & efficaciam in Deo collocare præ-
termittat. Pro omnibus autem istis neces-
sarium est vnum præsupponere funda-
mentum, quod erit velut scipio, quidam,
cui semper inniti debemus, expeditq; illud
bene habere exploratum, siquidem est lux
cuius præsidio duci, hancque doctrinam
intelligere, & gaudium in omnibus istis
bonis ad Deum dirigere debemus. Est au-
tem, voluntatem de nulla alia re lætari, gau-
dereque debere nisi de illa, quæ ad hono-
rem & gloriam Dei spectat: & præterea
quod maximus honor, quem Deo exhibe-
re possimus est, secundum Euangelicam
perfectionem illi obsequi & deseruire,
quod autem limitibus istis non contine-
tur, nullius procius est valoris, nulliusque
homini vtilitatis.

CAPVT XVII.

In quo de gaudio, quod ex rebus temporalibus
percipitur, agere incipit. Docet etiam, qua
ratione gaudium in illis ad Deum
dirigi debeat.

Primum bonorum genus diximus esse
Temporalium; per temporalia autem
bona hoc loco intelligimus diuitias, domi-
nia, officia, aliaque; ambitiones, filios quoque;
cōsanguineos, & coniugia, &c. de quibus
omnibus lætari potest voluntas. Manife-
stum est autem, quam vanum sit homines
in opibus, titulis, statibus siue dominij,
dignitatibus vel officijs, & alijs rebus si-
milibus quas illi ambire solent, lætari: si e-
nim ex eo quod homo maioribus diuitijs

afflueret, sequeretur maiorem eum quoque
Dei famulum fieri; merito de diuitijs læ-
tari deberet: verū aliter se res habet, potius
enim esse possunt illi causa eum offendendi,
secundum Sapientis doctrinam, dicen-
tis: *Fili si diues fueris, non eris immunis a delicto.* *Ecl. 10.*
Quamuis enim verum sit, temporanea bona
nequaquam ex se ipsis in peccatum ne-
cessario impellere, sed quoniam vt pluri-
mum ex fragilitate humanā, cor nimium
illis afficitur & adhæret, ac in ijs, quæ Dei
sunt deficit, quod peccatū est: idcirco ait
Sap. *Non eris immunus a delicto.* Et propterea
Iesus Christus. Dominus noster, diuitias
appellauit in Euangel. spinas, vt intellige-
remus eum, qui voluntate illas contrecta-
uerit, peccato aliquo sauciandum: qui autē
seminatus est in spinis, hic est, qui verbum
audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia
diuitiarū suffocat verbū &c. Illa etiā ex-
clamatio Saluatoris iure metuēda apud S.
Math. *Amen, amen dico vobis, quia diues diffi-* *Math. 13.*
cile intrabit in regnum celorum, id est, qui in *24.*
eis gaudium suum reponit: id ipsum innuit,
non debere nimium hominem in diuitijs
lætari, cum tanto se salutis sempiternæ dis-
criminari propter eas obijciat. Ad diuertend- *Ps. 111.*
um nos etiam ab isto gaudio Dauid dixit:
Diuitie si affluant, nolite cor apponere: non
placet plura in re ad eō manifestā congere-
re testimonia: quando enim illa, quæ de ijs
dicit Salomon in Ecclesiaste mala, recen-
serem, Vanitas vanitatum & omnia vani-
tas: qui tanquam sapientissimus homo, *Ecl. 1.*
& qui plurimis opibus abundauerat
proprio edoctus experimento dixit: Om-
nia, quæ sub sole erant, vanitatem esse
vanitatum, & spiritus afflictionem, van-
amque animi sollicitudinem, & illum, qui
amaret diuitias, nullum ex illis emolumē- *L. 12. 20.*
tum elicitorū. Diuitias quoque, reseruari in
malum Domini sui, sicut factum in Euan-
gelio legimus, vbi ille, qui quoniam pluri-
mo

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

mos fructus in multosq; annos congregasset, letabatur, audivit sibi de caelo dictum: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem præparasti cuius erunt? Et postremo David idem docuit dicens: Ne timueris cum dives factus fuerit homo. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. His verbis innuens potius illi compatiendum esse quam invidendum. Hinc itaque sequitur non debere letari ex eo hominem, quod opibus ipse aut frater eius affluat; sed solummodo si rectè ijs ad Dei obsequium utantur: nam si aliqua ratione tolerari potest gaudium ex ijs ortum, certè tunc solum quando in rebus ad Dei obsequium spectantibus eroganur, alias enim nullum ex ijs emolumentum resultabit. Id ipsum de reliquis: Dignitatum, Dominiotum, officiorumque, &c. Bonis sentiendum est, de quibus omnibus vanissimum est gaudere, nisi forte aliquis se in illis amplius Deo obsequium exhibere, aut certè securiorem sibi esse in eis viam, ad vitam sempiternam consequendam arbitretur. Et quoniam euidenter nosse nequit, an res ita se habeant, an vide licet magis Deo isto modo inseruiat, vanum erit de huiusmodi rebus determinatè letari, non enim rebus sic stantibus, ratio nabile esse potest ipsius gaudium. Siquidem vt Dominus ait. *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?* Non est ergo vnde gaudeat, nisi vt dictum est, maius inde Dei obsequium appareat.

Quomodo licet, & prodest letari in diuitijs.

Math. 16. 26.

2. Reg. 14. 15.

Sed nec est cur de prole gaudeatur, quod scilicet copiosa sit, locuples, varijs naturalibus fortuitisque dotibus conspicua; sed dūtaxat si Deo inseruiat. Absoloni siquidem filio David, neque sua pulchritudo, neque diuitiæ, neque nobilitas aliquid profuerunt; cum Deo minimè fuerit oblecturus. Vanum itaque fuit de huius-

modi filio letari. Hinc etiam pater, vanum esse optare liberos, vt nonnulli faciūt, qui ob filiorum desiderium, mundum vniuersum inuertunt & perturbant, non enim illis perspectum est, an probi futuri sint, Deoque famulaturi, & vtrum gaudiū, quod ex ijs prætolantur, fortassis vertendum sit in mæriorem; requies & solatium in afflictiones & tribulationes: honores in ignominias, præbeantque occasionē Deū magis offendendi, quemadmodum multis contingere solet. De quibus Christus Dominus dixit, quod terram mareque circumueunt vt eos locupletent, & filios perditionis duplicatè quam fuerint ipsi efficiant. Quamobrem licet homini ardeat fortuna, cunctaque prosperè ac feliciter ueniant, & vt vulgo dicitur, ad libitum nutumq; minimum suppetant vniuersa, formidare potius debet, quam letari, eo quod ex huiusmodi rebus incrementa capiat occasio periculumque obliuionis Dei, illumque vt diximus offendendi. Propterea quippe dicit Salomon in Ecclesiaste, se hac in parte cautum fuisse dum ait: *Risi reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Quod est ac si dixisset. Quando ardebant obblandiebanturq; mihi vniuersa, errorem deceptionemque reputaui de illis letari, quia absq; dubio insignis error & stoliditas hominis est, qui de eo, quod illi iucundum & plausibile apparet, exultat, tertio nesciens an inde aliquid bonum æternum sit consecuturus. *Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi letitia.* ait Sapiens. Vana siquidè letitia cor excecet, nec illud considerare tutinareque res permittit: Tristitia autem oculos aperit, facitque damna & commoda rerum considerare. Hinc etiam est, quemadmodum idē dicit. *Quod melior sit irasus: Proinde, melius est ire ad dōmum lucus, quàm ad dōmam conuiuij; in illa enim finis curat.*

Eccl. 1. 17. Insignis stoliditas est hominis qui de eo, quod illi iucundum & plausibile apparet, exultat, tertio nesciens an inde aliquid bonum æternum sit consecuturus. Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi letitia. ait Sapiens. Vana siquidè letitia cor excecet, nec illud considerare tutinareque res permittit: Tristitia autem oculos aperit, facitque damna & commoda rerum considerare. Hinc etiam est, quemadmodum idē dicit. Quod melior sit irasus: Proinde, melius est ire ad dōmum lucus, quàm ad dōmam conuiuij; in illa enim finis curat.

Tum admonetur hominum. Sicut dixit idem Sapiens.

Vanitas quoque esset de vxore vel marito lacerari, quando euidenter non constat melius se in suo matrimonio statu Deo obsequi, imò potius erubescere deberent: eo quod matrimonium in causa sit (vt ait S. Paulus) vt non integrum cor Deo consecret, cum vnus alteri cor suum immerferit. Quam ob causam ait: *Solutus es ab vxore, solum querere vxorem*: sed iam quod quis eam habeat necesse est, vt id cum tali libertate cordis fiat, ac si illam non haberet. Quam rem ipsemet Apostolus de temporalibus etiam bonis, de quibus iam egimus loquens, docet istis verbis: *Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui sicut, tanquam non sicut: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui viuunt hoc mundo, tanquam non viuunt. Quæ omnia idcirco dixit, vt significaret vanam inuileque esse gaudium in aliqua alia re constituere, quã in eo quod ad Dei obsequium pertinet: siquidem gaudium, quod non est secundum Deum, nequit animæ feliciter succedere.*

CAPVT XVIII.

De damnis, quæ redundare possunt in animam ex eo, quod gaudium in temporalibus rebus constituat.

Si detrimenta, quæ obsident animam sed quod affectum voluntatis in temporalibus rebus demergat recensere deberemus; nec atramentum nec papyrus sufficeret, tempusque nimis esset breue. Siquidem ex valde exiguis principijs, ad grãdia mala deueniri potest, magnorumque bonorum iactura fieri. Quemadmodum ex vna

ignis scintilla nisi extinguatur, ingens incendium oriri potest, quod totum comburat orbem. Vniuersa hæc damna originem trahunt, & in quodam præcipuo priuatiuo damno, quod in isto vano gaudio seu lætitia reperitur fundantur, nimirum in abalienatione recessuque à Deo.

Quemadmodum enim ex accessu animæ ad Deum per voluntatis affectum, omnia oriuntur bona; sic ex recessu, qui per istum erga creaturas affectum fit, vniuersa in animã mala redundant, secundum gaudij affectusque, quo creaturis agglutinatur, mensuram & proportionem. Hoc quippe est à Deo separari. Vnde secundum maiorem vel minorem à Deo separationem poterit vnusquisque conijcere dāna sua, magis vel minus intēsiuè vel extēsiuè se habere, quæ vt plurimum vtroque simul modo eueniunt.

Hoc priuatiuū damnum, ex quo oriri cætera priuatiua & positina asseruimus, quatuor complectitur gradus, vnum alio deteriorē. Cum autem anima quartum attigerit gradum, vniuersa etiam mala & detrimenta, quæ dici in hoc casu possunt incurrit. Hos quatuor gradus optime indicauit Moyses in Deuteronomio verbis istis. *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.*

Incrassari animam, primo dilectam, est huic creaturaru gaudio immergi. Atque hinc primus huius damni gradus progreditur videlicet retrocedere: quod nihil aliud est, quam quædam mentis circa Deum stupiditas & obfuscatio, quæ illi bona Diuina obscurat, quemadmodum nebula aëre inficit, ne possit commodè solis lumine illustrari, siquidem eo ipso quod spiritalis vir gaudium suum in re aliqua reponit, & appetitui habenas relaxat, vt ad ineptias defluat, obtenebratur circa Deum, simplicemque iudicij intelligentiam obnubilat.

Quemadmodum ex accessu per voluntatis affectum ad Deum omnia oriuntur bona, sic ex recessu ab eo omnia mala.

Deut. 32. 15. Quatuor gradus per quos recessit anima à Deo gaudium suum in creaturis reponens.

B.
Iohannis
Cruce

Opera
Lystica

NVI

124

349. 4. 12.

lar. Secundum quod spiritus diuinus in libro Sapientie docuit, dicens. *Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentia transuertit sensum sine malitia.* Quibus verbis significat Spiritus sanctus, quod licet nulla in anima præcesserit præconcepta malitia, concupiscentia sola & gaudium de rebus creatis, ad istum primum damni gradum inducendum satis sit, qui gradus est mentis stupiditas & iudicij ad veritatem capiendam, recteque de qualibet re iudicandum obscuritas, seu obfuscatio, neque ad malum hoc euadendum, sufficit sanctitas aut perspicax iudicium, quo homo sit præditus, si concupiscentiam aut gaudium de rebus temporaneis admittat. Idcirco enim Deus per Moysen

NOTA.

Exod. 23.

8.

nos admonens, hæc protulit verba: *Non accipies munera, quæ etiam excacant prudentes.* Præsertim verò hæc loquebatur ijs, qui futuri erant iudices, indigent enim huiusmodi homines iudicio defæcato & sagaci: quod habere nequaquam poterunt, ob concupiscentiam gaudiumque munerum. Et propterea eidem Moysi præcepit Deus, vt huiusmodi iudices constitueret, qui avaritiam abhorrent, ne forte iudicium eorum possessionum gustu, & delectamento obfuscareretur. Atque ita non solum dicit vt illas nolint, sed etiam vt abhorreant. Ad hoc enim vt aliquis perfecte se ab amoris affectu tueri possit, debet se ipsum in auersione odioque conseruare, vno contrario se ab alio defendendo. Atque hoc in causa fuit cur Samuel fuerit semper iudex aded iustus & illuminatus, quia (sicut ipsemet 1. lib. Reg. dixit) munera haudquaquam recepit. *Si de manu cuiusquam munus acceperit.*

Quis facientium ei, qui se ab hoc inordinato affectu auerit, & gaudij cupiat esse immunis. 1. Reg. 12.

6.

Secundus damni huius priuatiui gradus ex isto primo originem sumit: quem sequentia autoritatis citatæ verba innuunt, videlicet. *Incrassatus, dilatatus.* Vnde secun-

das hic gradus dilatio est voluntatis, læ in rebus temperaneis liberioris factæ, qui in eo consistit, vt non iam tantopere curet, doleat, tantique faciat creatis bonis frui, voluptatemque ex eis capere. Hoc autem inde illi euenit, quia prius fræna gaudio laxauit; præbendo quippe illi locum incrassata est in illo anima: sicut ibidem legitur: illaque gaudij & appetitus crassities fecit amplius ad creaturas voluntatem dilatari. Quæ res grauius inducit detrimenta. Iste enim gradus secundus, facit eum à Deo sanctisque exercitijs diuelli, eaque insipida ei reddit: iam enim aliud delicias suas transtulit, multasque ineptias gaudij & inania oblectamenta venatur. Qui quidem gradus quædo iam omnino fuerit consummatus, penitus ab homine continua, quibus vebatur exercitia profligat, eliminat, efficitque vt tota eius mens ac desiderium iam circa sæcularia occuperet. Iamque qui in hoc secundo gradu constituti sunt, non solum obscuratum habent iudicium ac intellectum, ad iustitiam veritatesque cognoscendas, sicut habent illi, qui in primo gradu versantur: sed etiam sunt admodum tepidi & remissi in illis pernolendis, & opere adimplendis, quemadmodum de illis dixit Isaias verbis istis. *Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos: Quod non sit absque eorum culpa, præsertim quando eis ex officio incumbit.* læ enim, qui in isto versantur gradu, malitia non carent, quemadmodum illi ea careret, qui in primo sunt gradu. Atque hoc modo magis à iustitia & virtutibus elongatur, eò quod magis eorum voluntas creaturarum amore ardeat. Itaque id quod proprium est illis, qui in hoc secundo degunt gradu, est ingens in rebus spiritualibus tepiditas, & illarum admodum perfunctoria

functoria adimpletio, potius illas propter cærimoniam quandam aut coactè, vel certe ex consuetudine, quam contraxerunt, quam ex amoris impulsu exercendo.

Tertius damni huius priuatiui gradus est, Deum omnino deserere, legum ipsius transgressionem, ne leuissimis mundi rebus desinat, nihili faciendo, & in peccata lethalia sese propter cupiditatem precipitando. Tertius autè iste gradus in lequëtibus superius illarum autoritatis verbis, notatur, videlicet, *Dreliquit Deum factorem suum*. In hoc gradu versantur omnes illi, qui taliter potentias animæ rebus mundanis diuicijsq; immerferunt, vt nihil omnino curent ijs satisfacere rebus, ad quas diuina lege adstringuntur: magnaque obliuione & inertia tenentur in ijs, quæ ad illorum æternam salutem attinent, in rebus verò mundanis, multo sunt viuaciores & subtiliores. Ad eò vt illos appellauerit Christus in Euangelio huius sæculi filios dicens. *Quia filij huius sæculi prudentiores filij lucis sunt*, id est, in negotijs suis magis sunt circumspècti & perispicaces, quam filij lucis in suis: & hoc modo in rebus Diuinis nihil sunt, in rebus verò mundanis sunt omnia. huiusmodi homines propriè sunt auari, qui tantopere iam tantaque cum affectu vehementia appetitum ac gaudium suam in res creatas profuderunt & extenderunt, vt nunquam expleri possint, quin potius eorum appetitus sitisque tanto amplius crescit, quanto magis ipsi à fonte, ex quo duntaxat satiari poterant, qui est Deus ipse elongantur. De istis enim ipsemet Deus per Ieremiam ait. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt fossas siccitas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas*. Et hoc ideo fit, quia in creaturis non reperit avarus, vnde suam suam extinguat, sed potius vnde eam au-

geat. Isti sunt qui in mille peccatorum genera, propter temporalia bona labuntur. Et de istis loquitur Dauid: *Transferunt in affectum cordis*.

Quartus damni huius priuatiui gradus vltimus, allatè à nobis auctoritatis verbis, exprimitur, videlicet: *Et recessit à Deo salutari suo*: Ad quem ex tertio, de quo immediate actum est, delabuntur. Ex eo enim, quod parui pendat avarus cor suum ad legis Diuinæ obseruantiam propter temporanea bona flectere, plurimum à Deo secundum memoriam, intellectum, & voluntatem anima ipsius elongatur, taliter illum à sua memoria abolendo, ac si Deus suus non esset, quod idcirco accidit, quia Deum suum pecuniam & temporalia bona constituit, quemadmodum docet S. Paulus. Auaritiam idolorum esse seruilitatem. Quartus siquidem gradus iste vique ad Dei obliuionem pertingit, corque, quod in Deo formaliter collocari debebat, formaliter in pecunijs reponere facit, ac si alium Deum non haberet. Ad quartum hunc gradum pertinet illi, qui res Diuinas & supernaturales ad temporalia tanquàm Deum suum dirigere, & ordinare non verentur. Cum tamen secus facere deberent, ad Deum videlicet illas dirigendo, vt ipsa æquitas postulabat. Ex istorum numero fuit impius ille Baalam, qui gratiam, quam à Deo receperat, vendebat. Simon quoq; Magus, qui arbitrabatur Dei gratiam pecunijs æstimari, cupiens eam emere. Quo facto plures pecuniam faciebant, siquidem putabant futuros etiam alios, qui eum plures gratiam pro pecunijs vendendo, æstimarent. Ad quartum hunc gradum, multis alijs modis non pauci diebus istis spectant, qui nescio quibus rationibus suis cupiditate sua obfuscatis, in spiritualibus rebus pecuniæ seruiunt, & nõ Deo, mouenturq; ad

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

Colos. 3. 5.

Num. 22.

per totum

7.

Act. 8. 18.

agendum propter pecuniam & non propter Deum, præ oculis temporaneâ mercedem & non Diuinum præmium habendo, multifariam multisq; modis suum præcipuum & principalem Deum, & finem pecuniam faciendo, illamque vltimo fini, qui est Deus, præponendo.

Ad hunc vltimum gradum pertinet etiâ omnes illi miserabiles, qui temporalium bonorum amore dementati, ad eâ illa pro Deo suo reputant, vt minimè ambigant vitas suas illi in sacrificiû offerre, quoties hunc Deum suum aliquâ temporaneâ iacturam sustinere animaduertût, in desperationis voraginem se ipsos demergendo, ac ob miserabiles fines se ipsos crudeliter maclâdo, hocq; modo suis ipsis manibus infelix, quod talis Deus confert, præmium patefaciêdo. Cû enim nihil ab ipso sperari possit, desperatione mortemq; tribuit: illos autem, quos tam crudeliter & ad vsq; vltimum mortis damnû non persequitur Deus iste, facite eos viuere moriendo in sollicitudinum aliarumque plurimarum miseriarum doloribus, non permittendo lætitiâ aliquam eorum corda subire, nec vt eis aliquid affulgeat boni in terra, facitque vt semper cordis sui tributû, suspendant pecuniæ, pro illaque subeant labores, congregando & colligêdo eam, ad vltimam iustæ perditionis iuxâ calamitatem, sicut obseruauit Sapientis dicens. *Diuitiæ conseruata in malum Domini sui.* In isto quoque quarto gradu sunt illi, de quibus dicit sanctus Paulus quod *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Ad hæc enim vsque damna perducitur homo, quando gaudium suum in possessionibus vltimate reponit, sed & illi, quibus minora irrogat damna, maxima sunt commiseratione digni, siquidem vt diximus, plurimum deuicare facit eos, ac in Dei itinere retrocedere. Quapropter sicut dicit David, Ne

Ecccl. 5. 12.

Rom. 1. 28.

Pf. 48. 17.

timueris cum diues factus fuerit homo (id est) non ei inuideas, existimando te ab illo superari: quoniam cum interierit non sumet omnia, neq; desendet cum eo gloria (lætitia) eius.

C A P V T XIX.

De vtilitatibus, quas consequitur anima ex eo, quod gaudium à temporalibus rebus auellat.

In uigilandum itaque & diligentissime cauendum est spiritali viro, ne cor eius & gaudiû, incipiat sensim temporalibus rebus adhærere, timeatq; ne ex paruis iniitijs, in multa damna, crescendo de gradu in gradû deueniat. A paruis enim peruenitur ad magna, & exiguum in principio, ingens in fine damnû euadit que modicum vna scintilla ad rotum comburendû montè satis est. Nec vnquam idcirco securus sit, eò quod affectus ille & adhesio modica sit, sed confestim illam reuincat, nec hoc se postmodum facturû sibi persuadeat. Si enim quâdo adhesio illa adeo exigua est, & in suis adhuc iniitijs minime suppetit illi tantû animi, vt illâ excindat extirpetq; qua ratione id præstabit, postquam creuerit & profundas miserit radices? Præsertim cum Dominus nosser in Euangelio dicat. *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidele est.* Qui enim minora euitat, non ruet in maiora: sed in istis quoq; minoribus magnum reperitur detrimentum, eò quod contractum iam sit vallum, & murus cordis: & vt commune habet adagium: Dimidium facti, qui bene cœpit habet. Propterea admonet nos Dauid dicēs. *Diuitiæ si affluat, nolite cor apponere.* Quod quâuis homo Dei sui causa non faceret, nec propter id, ad quod eum Christiana perfectio compellit; propter vilitates saltem, quas temporaliter (præter spiti-

Diligentissime cauendum est spiritali viro, ne cor eius & gaudiû, incipiat sensim temporalibus rebus adhærere, timeatq; ne ex paruis iniitijs, in multa damna, crescendo de gradu in gradû deueniat.

Luc. 16. 10.

Pf. 62. 11.

spirituales) consequitur, deberet cor suum ab omni predictarum rerum gaudio in libertatem perfecte asserere: siquidem non solummodo à pestiferis, quæ præcedenti capite recensuimus damnis liber euadit: sed præterea auertendo gaudium à temporaneis bonis, virtutem acquirit liberalitatis, quæ vna est ex præcipuis Dei attributis; quæ nulla ratione cum auaritia subsistere valet. Consequitur præterea animi libertatem, serenitatem rationis, quietem, & tranquillitatem ac pacatam in Deo confidentiam, nec non cultum verumque voluntatis erga Deum obsequium: Insuper maius gaudium & recreationem in creaturis adipiscitur, nulla illis proprietate ad hærendo: quæ recreatione non potest frui, si eas cum adhæsione proprietatis intuetur. Etenim adhæsiō hæc est sollicitudo quædam, quæ laquei instar spiritum terræ alligat, nec illi cordis latitudinem relinquit. Per hanc præterea animi ac affectus à rebus omnibus elongationem seu abstractionem, clarā illarum notitiam adipiscitur, ad veritates, quæ illas tam naturaliter quam supernaturaliter concernunt, rectè intelligendas. Quam ob causam, valde diuerso illis, idque insigni cum excessu fruatur modo illo, qui ab amore earum alienus est, quam is, qui illis immersus est. Ille enim degustat eas secundum illarum veritatem: hic vero secundum illarum falsitatem & mendacium; ille secundum id, quod melius in illis est; iste secundum id, quod peius: ille secundum substantiam, iste autem, qui sensu illis agglutinatur, secundum accidens: sensus enim nequit attingere & assequi nisi accidens; spiritus autem à nebulis speciebusque accidentis repurgatus, veritatem & rerum valorem penetrat: cum hoc illius sit obiectum. Vnde gaudium instar nebulæ iudicium obfuscat, non potest enim esse gau-

dium voluntarium de creatura absque voluntariâ proprietate, abnegatio autem & repurgatio huiusmodi gaudij, clarum relinquit iudicium, sicut vapores serenum reddunt aërem, quando euanescent. Quapropter de omnibus rebus huiusmodi homo lætatur & gaudet, de nullâ tamen re cum proprietate gaudento, ac si vniuersas possideret: iste autem alius in quantum illas cum peculiari proprietatis applicatione intuetur, vniuersam gustum omnium illarum generaliter amittit. Iste quamdiu nulli creaturæ dat locum in corde suo, omnes (sicut dicit S. Paulus) in magnâ libertate possidet: *Tamquam nihil habetis & omnia possidentis.* Ille vero alter, in quantum aliquam illarum cum adhæsione voluntatis possidet, nihil possidet: quin potius ipsæ cor illius obrinent, quam ob causam velut captiuus affligitur. Vnde etiam fit, vt quot gaudia ex creaturis cupit haurire, tot etiam necessario angustias & afflictiones in suo demerso ac occupato corde tolerare debeat. Cor à creaturarum adhæsione liberum, nequaquam in oratione vel extra illam curis sollicitudinibusque angitur, & sic absque temporis iacturâ, magna cum facilitate ingentes spirituales opes corradit. Verum iste alius, vniuersum orationis tempus in cogitando & recogitando de laqueo, quo irretitum & possessum est cor eius, consumit, magnaque adhibita diligentia, vix cor suum ad modicum tempus à laquei rei illius cui cor suum adhæret cogitatione, liberare potest.

Quamobrem spiritualis homo, in primo motu quando animaduertit gaudium suum ad aliquam rem creatam ferri, illud reprimere cœtereque debet; memor illius, quod hoc loco supposuimus: nihil videlicet in rebus creatis reperiri, vnde gaudere debeat, præterquam ex eo, quod deo inseruiat, & ex eo, quod gloriam & hono-

T. 3.

rem

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

Debet spiritualis homo primū gaudij de creaturis motum reprimere.

rem ipsius in rebus vniuersis requirat, creaturas omnes, ad hoc solum dirigendo, & ab omni vanitate in illis fugiendo, nec gustum & consolationem propriam in eis aucupando.

Præcipuum commodū abstractionis gaudij à creaturis.

Aliud præterea grande ac præcipuum reperitur commodum in abstrahendo & diuellendo gaudio à creaturâ bono, quod est habere cor liberum pro Deo, quæ res principium est dispositiuum pro omnibus gratijs, quas in illâ collaturus est Deus, sine qua dispositione, minime illas confert.

Mat. 19. 29.

Quæ gratiæ huiusmodi sunt, ut pro vno gaudio, quo dei perfectionisq; Euangelicæ amore se priuet, temporâter etiâ centum illi gaudia in hac vita largiatur, quemadmodum in ipso Euangelio sua maiestas pollicita est. Verum etiâ si minime hæc emolumenta inde emanarent, ob solam, quam Deus existis creaturarum gaudijs recipit displicentiâ, deberet spiritualis & Christianus, illa in anima sua extinguere: Quandoquidē videmus in Euangelio quod quia diues ille de congregatis pro multis annis bonis gaudebat, tã opere fuerit indignatus Deus, ut illi dixerit: illa nocte animam eius ad reddendam rationem euocandâ: *stulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Vnde merito formidare debemus, quotiescunq; vanè gaudemus & cogitare, Deum nos intueri suppliciumq; aliquod & potionem amarâ, secundum meritum nostrum præparare, multoq; maiore pœnam ex huiusmodi gaudio crebro resultare, quàm fuerit gaudium ipsum. Licet enim vetum sit, per S. Ioan. in Apocal. de Babylonia dici: *Quantū glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum;* Non propterea tamen, non maior erit gaudio pœnâ; imo potius multo maior erit: siquidem pro breuib; ac momentaneis delicijs immensa & aeterna interrogantur tormeta, sed ira dictum est, ut intelligamus, nihil sine sua particu-

lari pœnâ remansurum: ille enim, qui inutile verbum puniet, nequaquam vanum gaudium impunitum relinquet.

CAPVT XX.

Magnam esse vanitatem, in naturalibus bonis, voluntatis gaudium reponere, & quâ ratione debeat illud per ea ad Deum dirigi, demonstratur.

Quidam per bona naturalia intellegunt deum.

PER bona naturalia hoc loco pulchritudinem, venustatē, leporem, corporisque constitutionē & cæteras oēs corporis d. res intelligimus, quantum verò ad animam spectat, intellectum perspicacē, discretionem, cum reliquis omnibus, quæ ad rationem pertinent. In quibus vniuersis hominem ob hanc solam causam, quia vel ipse, vel ij qui ad eum spectant hinc dotib; insignes sūt, gaudium collocare, nec Deo, qui ideirco eas confert ut magis per illas agnoscat & ametur, gratias referre, vanitas est, & deceptio, quemadmodum hoc expressit Salomon dicens: *Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier tinens Dominum ipsa laudabitur.* Quibus verbis instruitur, quod potius debeat homo in huiusmodi naturalibus donis metuere ac vereri; cum per ea nullo negotio ab amore diuino abstrahi, & illis illectus in vanitatem labi ac decipi possit. Propterea enim dicit, corporalem gratiam esse fallacem: fallit quippe hominem, illumque per gaudium vanum ac sui ipsius vel illius, qui huiusmodi præditus est gratiâ, complacentiam ad ea, quæ minime illi expediunt, pertrahit. Vanam præterea dicit pulchritudinē: quoniam hominem eam magni facientē, de illâq; gaudentē multifariâ certuere facit, tunc enim duntaxat gaudio perfundi debet, quando pulchritudine, Dei obsequium, vel

vel in alijs propter eam promouetur. Imò potius metuen dum est illi, & caute agen dum, ne forte dona gratiæq; ista naturales in causa sint vt Deus propter eas, ob vanâ nimirum ipsius præsumptionem, vel certe ob nimium erga eas affectum, dum nimis illas ponderat, offendatur. Quamobrem cautus esse debet, cum magnaq; sollicitudine ducere vitâ ille, qui talibus dotibus insignitus est, ne forte vana ostentatione suâ alicui præbeat ansam, vt vel ad momentum cor eius à Deo recedat. Hæ quippe dotes & naturalia dona, tanroperè sunt prouocatiua & occasione lapsus tam eas possidenti, quàm eas intuenti proxima; vt vix reperitur, qui aliquod laqueolum, cordisq; sui in illis alligationem euadat. Vnde vidimus plures spirituales personas, aliquibus ex istis donis conspicuas, precibus à Deo impetrasse, vt eas deformatet, ne tam sibi quam alijs vanâ alicuius affectionis vel gaudij causa essent, & occasio. Debet itaq; spiritualis homo voluntatē suam in hoc gaudio vano obscurare & repurgare, considerando pulchritudinem, ceterasque dotes naturales terram esse & de terra (illuc redituras) prodijisse, videntem autem ac leporem, fumum aëremque terræ istius esse; & ne in vanitatē præsepsruat, dotes istas hoc & non alio modo indicare & æstimare debet, cor ad Deum in rebus istis dirigendo, gaudento etiam quod Deus in seipso vniuersas istas pulchritudines & gratias eminētissimè in gradu infinito super omnes creaturas comprehendat. Et quod sicut ait Dauid: *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut veltamentum veterascens.* Ac propterea nisi in rebus omnibus gaudium suum in Deum direxerit, falleretur semper decipieturque. De huiusmodi quippe hominē dictum illud Salomonis, cum gaudio creatarum *terram loquentis accipi debet: Gaudia dixi,*

quid frustra deciperis? quod fit, quando cor à creaturis trahi & allici permittitur.

CAPVT XXI.

De detrimentis, quæ in animam ex eo deriuantur, quod voluntatis suæ gaudium in naturalibus bonis collocet.

Tamec si plura ex damnis commodisq; istis, quæ in his gaudiorum diuisionibus ac generibus recenseo, omnibus gaudijs communia sint, nihilominus quoniâ directè gaudium eiusq; repudiatione consequitur (quamuis gaudium ad quodcunq; istarum diuisionu genus pertineat) propterea in quacunq; diuisione damna aliqua, & utilitates recenseo, quæ etiam in alia reperiuntur, eò quod gaudio sint annexa, quod est omnibus commune. Præcipua tamē intentio mea est, particularia damna & utilitates, quæ ex qualibet re propter illarū gaudium vel non gaudium in animā resultant, referre; quæ damna & comoda ideo particularia appello, quia taliter primariè & immediatè ex tali genere gaudij nascuntur, vt ex alio nõ nisi secundariè & mediatè oriuntur. Exempli causa, tepiditatis spiritualis damnum ex quocunq; gaudij genere directè nascitur, vnde damnum hoc est omnibus sex gaudiorum generibus commune: sed tamen primum sensualitatis damnum est particulare damnum, quod directè gaudium istorum naturalium bonorum, de quibus agimus, consequitur.

Damna itaque spiritualia & corporalia, quæ directè & effectiue in animam resultant, quando gaudium ad bona naturalia flectit, ad sex principalia reuocantur.

Primum damnum est vana gloria præsumptio, superbia, proximorū despectus.

Sex dñna spiritualium & corporalis, quæ ex gaudio in bonis naturalibus collocato sequuntur.

Non

B.

Stannis
Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

*Primum
dammum
vana glo-
ria, super-
bia etc.*

Non enim potest quisquam æstimationis oculos in re aliqua nimiam defigere, quin illos à cæteris auertat, vnde sequitur contemptus realis, & quasi negatiuus reliquarum rerum. Si quidem naturaliter, magni faciendo rem aliquam, si retrahit cor à cæteris rebus, ad illam, quam magnificat. Et ab isto reali contemptu facillimum est in intentionalem & voluntarium aliquarum rerum existis alijs, in particulari vel in genere, labi non solum interius in corde, sed etiam exterius, contemptum, verbis demonstrando, dicendoque, talis, vel talis persona non est sicut talis vel talis.

*Secundum
dammum
delectatio
sensualis.
Tertium
Adulatio.*

Isa. 3. 12.

Secundum damnum est quia prouocat sensum ad complacentiam delectationemque sensualem. Tertium est, quod in adulationem ac vanas laudes præcipitat, qua in re deceptio vanitasque reperitur, sicut Isaias ait. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Huius rei ratio est, quia licet interdum laudibus celebrando pulchritudine, lepores, vere dicant, &c. nihilominus mirum esset, si sibi damnum aliquod non lateret, vel alium in vanam complacentiam gaudiumque inducendo, vel affectus ac intentiones suas imperfectas ibi fouendo & nutriendo.

*Quintum
dammum
mentis he-
betudo.*

Quartum damnum commune & genericum est: quia ratio & sensus spiritus vehementer obtunditur & hebetatur, quemadmodum etiam in gaudio de temporalibus rebus accidit, & quadam ratione multo magis: cum enim naturalia bona multo magis sint homini temporalibus coniuncta, multo velocius & efficacius huiusmodi rerum gaudium imprimitur & adheret sensui, & vehementius illum stupidum reddit. Atque ita ratio iudiciumque minime sui iuris remanent, sed affectu illo gaudij, apprimè sibi vnito, obnubilantur, vnde nascitur.

Quintum damnum, quod est distractio, euagatioque mentis in creaturis. Ex quo tepiditas & languor spiritus sequitur, quod est Sextum damnum etiam vniuersale, quod eo usque peruenit solet, vt ingens tardium, & trilitiam in rebus diuinis homini generet, donec tandem illas abhorreat.

In isto naturalium rerum gaudio infalibiliter iactura fit spiritus puri, ad minus in principio. Si enim aliquis spiritus percipitur, dubio procul admodum sensibilis & crassus erit, parumque spiritalis & parum internus ac recollectus, in sensu gustu delectationeque potius, quam in spiritus vigore consistens. Cum enim spiritus adeo vilis sit & infirmus, vt in se huiusmodi habitum gaudij minime extinguat (ad hoc enim vt spiritus non sit purus, satis est habitum hunc imperfectum habere, licet quando se occasio offerat, actibus gaudij non assentiat) quodammodo plus in sensus debilitate, quam in spiritus vigore viuit, quam rem ex perfectione & fortitudine quam in occasionibus habuerit cognoscat: licet minime inficiat, multas virtutes cum imperfectioribus multis reperiri posse: quamuis cum gaudijs istis non extinctis, nec abnegatis, nec puris nec dulcis interior spiritus haberi possit: in hoc enim statu quodammodo regnat caro, quæ militat aduersus spiritum, & licet spiritus damnum hoc haudquaquam sentiat, occulta tamen quædam distractio illi imprimitur.

Sed reuertamur ad loquendum de secundo illo damno, quod in se innumera damna continet: nec calamus, nec verba assequi exprimereque valent, vique quæ illa perueniant, quamque sit ingens infelicitas, quæ ex gaudio in pulchritudine gratiositateque naturali collocato pullulet. Singulis enim fermè diebus, tot hanc

ob causam hominum mortes conspiciuntur, tot honorum iacturae, tot violentiae, tot decocta patrimonia, tot emulationes & contentiones, tot adulteria & stupra patrata; tot denique sancti miserabiliter lapsi, ut conferantur tertiae stellarum caelestium parti, serpentis illius cauda, in terram deieciarum. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cali, & misit eas in terram: conspicitur, inquam aurum obrium obscuratum mutatoque colore optimo, in lutum versum, filios inclytos nobilesque Sionis, qui vestiebantur auro primo, videmus reputatos in vasa testea fracta: Quomodo obscuratum est aurum; mutatum est color optimus; dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum? filij Sion inclyti, & amici auro primo quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum siguli? Et quotusque tandem damni huius venenum non serpit? Et quis siue parum siue multum non haurit ex calice isto deaurato mulieris Babylonicæ Apocalypseos: *Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemia, habentem capita septem & cornua decem.* In eo enim, quod sedere super illam grandem bestiam septem capita & decem coronas habentem describitur, intelligi debet vix reperiri sublimem hominem vel abiectum, sanctum vel peccatorem, cui illa vinum suum non propinet, aliqua ex parte cor ipsius sibi subiugando: siquidem sicut de illa ibidem dicitur. *Inebriati sunt vniuersi reges terre a vino prostitutionis suae.* In omnes hominum status suam exercet tyrannidem, vsque ad inclytum & supremum sanctuarij sacerdotijque diuini statum, abominabile vas suum (ut ait Daniel) in loco sancto collocando: *Et erit in templo abominatio desolationis.* vix aliquæ fortè inuictumque cui parum vel multum nõ præbeat ad bibendum ex vino calicis istius, vano videli-

cer gaudio isto & delectatione, prætereundo. Et propterea dicit, vniuersos reges terre inebriatos hoc vino fuisse, siquidè adeo pauci, etiamsi fuerint sanctissimi reperientur, quos non aliquo modo hic gaudij delectationisque potus ex pulchritudine ac gratijs naturalibus captæ, infascinauerit & inebriauerit. Vnde pendenda est illa dicendi formula. *Inebriati sunt.* Confestim enim ac istius gaudij delectationisque vinum ab aliquo degustatur, cor illius agglutinatur, infascinator, mens ratioque obfuscatur, quemadmodum vino ebrijs euenire solet. Taliterque hoc euenire solet, vniuersi teriaca aliqua aduersus hoc venenum quamprimum adhibeatur, quæ illud quætocius expellat, summum adeat animæ vita discrimen, si enim spiritus debilitas incrementum capiat, in tanta illum hoc gaudij delectationis venenum præcipitabit mala; ut Samsonis instar effossis oculis, & crinibus suæ primæ fortitudinis præcis, seipsum conspexitur sit hostium suorum captiuum, infamem versare molam; & postmodum secundâ fortassis morte interire, quæ vniuersa mala, spiritualiter illi hic gaudij potus adducet, quemadmodum Samsoni corporaliter factum est, sitque hodie plurimis; insultabuntque illi postmodum summo cum ipsius rubore inimici dicentes: *Tunc ille es qui triplicatos frangebans funes, tu qui Leones discerpebas, milleque Philisthæos trucidabas, & portarum postibus euulsis, cunctos tuos inimicos euadebas: sed iam huic rei imponamus finem opportunâ traditâ doctrinâ, ad virus hoc profigandum: sitque hæc.*

Ut statim ac cor se hoc vano bonorum naturalium gaudio permoueri senserit, in memoriam sibi reuocet, quam vanum, periculosum, perniciosumque sit, de alia quapiam re lætari præterquam de diuino obsequio: considerando etiam quam perniciosum

Iud. 16. 22

Iud. 16. 19

NOTA:
Remediū
ad damnā
ex hoc na-
turaliū bo-
norū gau-
dio emer-
gentis e-
uadendū

V tiosum

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

riofum fuerit Angelis (sua pulchritudine & naturalibus bonis oblectari, cum propter ea adeo deformes, in abyssos corruerint. Quanta etiam quotidie mala incurrunt homines ob eandem vanitatem: quare tempestiuè adhibeant remedium, quod Poëta hominibus, qui huiusmodi bonis deliniri incipiunt præscribit, dicens:

Principijs obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas conualuerit moras.

*Prou. 23. Non intuearis (ait Sapiens) vinum quando
33. flavescit, cum splenderit in vitro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit. vt. coluber, & sicut regulus venena diffundet.*

CAPVT XXII.

*De utilitatibus, quas elicit Anima ex eo, quod
gaudium in naturalibus bonis non consti-
tat.*

Multa sunt commoda, quæ cōsequitur anima ex cordis sui ab huiusmodi gaudijs & delectationibus abstractione. Nam præterquam quod hac ratione disposita diuino amori, virtutibusq; cæteris efficitur directè parat locū humilitati, quantum ad se pertinet, & vniuersali charitati, quantum ad proximos: Dum enim nemini, ob naturalia bona, quæ fallacia sunt, singulariter afficitur, remanet illi anima expedita & limpida ad oēs rationaliter & spiritualiter diligendos, qualiter eos Deus amari vult. Quia in re animaduertere licet, neminem promereri amorem, nisi ob virtutem, quæ in eo reperitur; Quando autem hoc pacto adamat, fit hoc secundū voluntatē diuinā, & cum magna libertate, quod si hoc cum adhæsiōne fiat maiori, magis etiam adheretur Deo: quo enim tunc maiora capit incrementa hic proximi amor, eò quoque magis

augetur & diuinus: quanto autem magis diuinus, tanto etiam magis proximi amor crescit, eò quod vna eademque sit virtusq; causa & origo.

Aliud quoque inde exitium resultat commodum, nimirum quia perfectè adimplet, quod Saluator noster ait. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum.* Quod nulla ratione efficere potest anima, si gaudium suum in proprijs naturæ donis reponeret: qui enim semetipsum aliqua ratione æstimat, nec seipsum abnegat, nec sequitur Christum.

Alia etiam egregia utilitas in huiusmodi gaudiorum abnegatione reperitur, quia videlicet magis animæ inducit tranquillitatem, digressionesque & euagationes profligat: ac sensuum, præsertim verò oculorum abstractione inducit, statim enim ac anima rebus istis frui non vult, nec illas intueri cupit, nec alios sensus occupare, ne forte ab ijs alliciat, sed neq; in ijs tēpus & cogitationes infumere curat, similis facta prudenti serpenti, qui obturat aures suas ne audiat voces incantantium, & aliquam carminum efficaciam sentiat: *Secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surda & obturant aures suas.* Rectè enim custoditis animæ portis, quæ sunt sensus, non mediocriter tranquillitas puritasque illius custoditur, & augetur. Nec minus molumentum referunt inde illi, qui iam in huius generis gaudij mortificatione profecerunt, nempe quod iam obiecta notitiæq; obscæne, non eā in illis efficiunt impressionem, neq; impuritatem quam in ijs, quibus adhuc aliquid ex rebus istis placet, producent. Et propterea ex huiusmodi gaudij delectationis mortificatione & abnegatione, in spiritualis hominis animam & corpus, hoc est, spiritum & sensum, puritas resultat, & Angelicam quandam cum Deo conformitatem. animam.

Qui gaudium naturalium bonorum abnegat, præter dispositionem ad diuinum amorem ceterasq; virtutes, quæ directè parat in se locum humilitati, & charitati.

CAPVT XXIII.

De tertio bonorum genere, sensibilibus videlicet, in quibus voluntas affectum gaudij reponere potest, disputatur. Qualia, & quotuplicia sint, & qua ratione debeat voluntas in ijs ad Deum dirigi, ab isto gaudio sese repurgando, demonstratur.

Consequēter de gaudio & delectatione sensibilibus reū (quæ dicebamus ad tertium bonorum genus, quibus oblectari voluntas potest, pertinere) agendum est. Perpendendum autē est, per sensibilia bona nos hoc loco omnia illa, quæ in hac vita sensui Visus, Auditus, Odoratus, Gustus & Tactus obijci possunt, nec non interiorē fabricam imaginarij discursus (quæ vniuersa ad corporeum interiorē exteriorēque sensum spectant) intelligere. Ad hoc autem, vt voluntas obscuretur & repurgetur ab huiusmodi obiectorum sensibilibus gaudio: & ad Deum per illud dirigatur, quædam veritas necessario supponenda est, nimirum (quemadmodum à nobis multoties dictum est) Inferioris hominis partis sensum (de quo hoc loco disputamus) nec esse posse capacem, Deum, sicuti Deus est cognoscendi & comprehendendi. Ita, vt nec oculus illum videre possit, aut aliquid ei simile: nec auditus eius vocem, aut illi similem sonum percipere; nec odoratus fragrantiam tam suauem olfacere, neque gustus adeo sublimem, dulcemque saporem attingere: sed nec tactus adeo iucundum ac delicatum tactum, aut quid illi simile experiri, nec postremo forma figuraque aliqua, quæ illum exprimat, cogitationi & imaginationi obijci valet, dicente Isaia. *A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt: Oculus non vidit Deum absque te, &c. Isa. 64. 4.*

Animaduertendum autem hoc loco est,

V 2 bif-

mam corpusque suum dignum spiritus sancti templum efficiendo acquirit. Quod adeo mundum esse nequit, si cor suum aliquo modo bonorum ac naturalium gratiarum gaudio irretiat. Nec ad hoc assensus in rem turpem requiritur, gaudium enim delectatioque illa, cum talis rei notitia satis sunt, ad impuritatem animæ & sensus contrahendam; cum spiritus S. dicat, quod auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, hoc est, quæ non sunt ordinatæ in Deum per rationem superiorem.

Alia etiam vniuersalis vtilitas inde sequitur, quæ est, quod præter tot damnorum malorumque (quæ superius recensimus) immunitatem, ab innumeris quoque vanitatibus alijsque plurimis nocentis, tã spiritualibus, quam corporalibus spiritualis homo liber fit: præsertim vero à desipientia illa exigua quæ æstimatione, qua cõmuniter ij laborant, qui de huiusmodi dotibus naturalibus suis, vel alienis lætantur & gloriantur. Vnde etiã prudentes & cordati reputantur (sicuti reuera sunt) omnes ij, qui ista paruipiunt, illaque duntaxat æstimant, quibus delectatur Deus.

Ex omnibus recensitis cõmodis, sequitur vltimum nobile certè præclarumque animæ bonum tantopere ad Deo inferuendum necessarium, libertas videlicet spiritus, per quam facile tentationes superantur, tribulationes patienter sustinentur, & virtutes felicia capiunt incrementa.

(.)

B.

Ioannis
Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

Quidnam
per sensibilia bona
intelligendum sit

Sub nullū
inferioris
partis sensum
capacem
Deum.

*Bifariam
potest dele-
ctatio in
sensum
deriuari.*

*Sensitiua
hominis
pars, spiri-
tualia sen-
sualiter
duntaxat,
recipit,*

*Quomodo
utendum
sensibili
delectatione
in oratio-
ne.*

*Multa ani-
ma ad De-
um allici-
untur sen-
sibilibus
obiectis.*

*Maxima
cautela
adhibenda
in sensibili-
bus deuo-
tione.*

bifariam posse gustum & delectationem in sensum redundare: vel ex parte spiritus, communicatione aliquâ, quam à Deo interius recipit interueniente, vel certe ex parte rerum, quæ exterioribus sensibus obijciuntur & communicantur: iuxta factam autem nuper à nobis suppositionem, nec viâ spiritus, neq; sensuum interuentu, sensitiua hominis pars Deum cognoscere valet. Cùm enim illa habilitate, & aptitudine, quæ rem tantam attingat, destituta sit, spiritualia & intellectiua, sensualiter duntaxat recipit. Vnde sequitur, voluntatem in fruitione delectationis, ab aliqua apprehensionum istarum productæ, occupare & detinere velle, ad minus esse vanitatem & impedimentum, virium voluntatis, quo minus sese in Deum impendat, gaudium suum in illo solammodo reponendo. Quod integrè perfecteque minimè ipsa præstare potest, nisi seipsam, à gaudio huius generis rerum repurgando, quemadmodum de cæteris gaudiorum generibus docui, signanter dixi vanitatem futuram, si gaudio alicuius rei ex dictis detineri velle: Quando enim non sistit, nec in istis sese detinet, sed statim ac voluntas delectamentum eorum, quæ videt, audit, tangit, sentit, & degustat, ad sese in Deo oblectandum eleuatur, estq; illi delectatio ista motinum & impulsus ad hoc faciendum, id optimum est: tunc vero non solum huiusmodi motiones deuitari non debent, quando videlicet orationem hanc & deuotionem producant: sed etiam possunt illis uti, imo etiam debent, ad exercitium adeo sanctum promouendū: reperiuntur quippe animæ, quæ plurimum ad Deum alliciuntur sensibilibus obiectis. Verum maximâ hæc in re cautela & circumspetione, utendum est, trutinando effectus, quos inde referunt. Sæpe enim spiritualium mul-

ti, dictis sensuum recreationibus sub orationis, Deique prætextu vtuntur: & taliter hoc ab illis fit, vt potius recreatio, quam oratio appellanda sit: potiusque sibi ipsis delectationem & gustum quam Deo conciliant. Et quamquam intentio, quæ prætere ferunt videatur in Deum ferri, effectus tamen quem producant, id ob sensitiuam recreationem fieri manifestat: vnde potius debilitatem imperfectionis hauriunt, quam voluntatem animent, Deoque confingent.

Quamobrè placet hoc loco documentum quoddam apponere, ex quo quando prædictæ sensuum delectationes profunt, quando vero minimè, dignosci valeat. Quod est huiusmodi: vt si quotiescunque melodiam aliquâ audierit, vel alias quampiam res gratas, vel certe suateolentes odores olfecerit, vel saporis aliquos, tactusque delicatos persenserit cõfestim ad primumq; motum noticia Dei, voluntatisq; erga eum affectus resultat & generetur, ita vt magis noticia illa oblectetur, quàm sensibili motiuo, notitiam illam producente, neq; huiusmodi motiuum illi placeat, nisi ad hunc duntaxat finem: indicium est illum utilitatem ex dictis rebus referre, & huiusmodi sensitiuum motiuum spiritum promouere, hocq; & nō alio modo, eo vt licet, tunc enim sensibilia ad eum, ob quæ à Deo creata dataq; sunt finem iuuant, & inseruiunt, nimirum vt per ea ametur & cognoscatur. Obseruandum autem hoc loco est illud, in quo ista sensibilia obiecta effectum purè spirituale quæ dixi producant, non propterea obiecta illa appetere, aut multum ea curare, licet quædo sponte offeruntur, magnam inde percipiat oblectationem, ob Dei sensum (de quo sum locutus) quem inde haurit, vnde nec pro acquirendis illis sollicitus est, & quando sese offerunt, cõfestim (vt dixi) voluntas.

voluntas ipsius ab illis tranſit, illaque deſerit, & ſe in Deo collocat, Ratio vero, ob quam huiusmodi motiua, quamuis eū in Deum ſtimulent non ad eū curat eſt, quia cum ſpiritus iſta promptitudine ac agilitate ad Deum cum omnibus, & per omnia aſſurgendi gaudeat, ad eū eſt ſpiritu Deſillectus, præuentus & ſatiſfactus, ut illi nihil deſit, nihilque proſus appetat: ſi autem ob ſinem hunc (cor ſcilicet in DEUM eleuandi) aliquid appetierit, conſeſtim obiectum illud euaneſcit: illiusque obliuiſcitur, & illud paruipendit.

At ille, cui hanc ſpiritus in diſtis rebus & delectationibus ſenſibilibus libertate, minimè in ſe animaduerrere experiri que licet, ſed potius delectationibus iſtis voluntatem ſuam detineri illiſque nutriti ſentit, proculdubio obſunt, & debet earum uſum procul à ſe arcere. Licet enim ratione ſeu intellectu utendo, uelit per illa in DEUM aſſurgere, nihilominus quia appetitus oblectatur illis ſecundum id quod ſenſuale eſt in eis, & quia effectus ſemper eſt guſtui ac delectationi conformis, uero ſimilis eſt, obſeſſe illi ea potius quam prodeſſe, plusque detrimenti quam commodi adferre. Quod ſi animaduerrit regnare in ſe huiusmodi recreationū ſpirituum, debet illum mortificare; quo enim potentior fuerit, plus imperfectionis ac debilitatis in eo later.

Debet ergo ſpiritualis homo, quocunque guſtu ſeu delectatione, quæ ex parte ſenſuum, ſiue caſu, ſiue ex induſtria ſeſe obtulerit, ſolummodo in ordine ad DEUM uti; eleuando animæ gaudium, ut illud proficuum & perfectum eſſe queat; conſiderando omne gaudium, quod aliter quā in iſta abnegatione omniſque alterius gaudij annihilatione admittitur, uanum & inutile eſſe, obſtareque

uioni cum DEO uoluntatis, quamuis de re admodum præclara & ſublīmi haberi uideatur.

CAPVT XXIV.

De damnis qua patitur anima, eo quod uoluntati gaudium in ſenſibilibus bonis reponere uelit.

IN primis ſi anima gaudium & delectationem, quæ in eam ex ſenſibilibus rebus redundare poteſt, in Deum illam dirigendo, non obſcurauerit & extinxerit cuncta illa, de quibus ſumus locuti uniuerſalia damna, quæ ex quocunque gaudij genere ſequuntur, etiam ex hoc ſenſibilium bonorū gaudio incurrit, patiturque obſuſcationem uidelicet, ac obnubilationē rationis, tepiditatem, ſpirituale tædiū &c. Verum loquendo in particulari, multa ſunt peculiaria damna, tam ſpiritualia quā corporalia, in quæ directè propter iſtiusmodi gaudium labi poteſt.

Primo loco ex gaudio rerum oculis ſubiectarum propter Deum non abnegato, directè in eum reſultat uanitas animi, Diſtractio mentis, deordinata concupiſcentia, Impudicitia, Interior exteriorque deordinatio ſeu impudentia, Cogitationum impuritas, & Inuidiæ, ſeu æmulationes.

Ex gaudio percepto res inutilis audiendo, naſcitur directè diſtractio in imaginatione, loquacitas, inuidia, incerta iudicia, cogitationum uarietas, ex quibus plura alia pernicioſaque damna oriuntur.

Ex ſuauium odorum oblectamento, pauperum nauſea, Chriſti præcepto contraria reſultat, auerſio ab alijs inferuendo: exigua cordis in rebus abiectis & humilibus ſubiectio: ſpiritualis demum inſenſibi-

V. 3. ſenſibi-

B.
damnis
Cruce

Opera
lyſtica
NVI
124

Damna, qua ex delectatione, uisibilium rerum non abnegata, ſequuntur.

Damna ex auditiua immortificatio.

Damna olfactus immortificatio.

sensibilitas, saltém secundum proportionem mensuramque appetitus.

*Damna
Gula non
mortificat.
Luc. 16.
20.*

Ex ciborum porro ac cupediarum delectatione directe originem ducit gula & ebrietas, ira, discordia, charitatis erga proximos & inopes defectus, quo laborabat Epulo ille dives Lazari osor, qui epulabatur quotidie splendide. Inde etiam procedit corporis intemperies, infirmitates, commotiones impuræ, cum luxuriæ incentiua crescant.

Directè etiam hinc hebetudo quædam ruditasque spiritus gignitur, & rerû spiritualium appetitus taliter languet, vt in illis saporem reperire nequeat, sed neque illis detineri, aut de illis agere velit. Ex eodem quoque gaudio seu delectamento, cæterorum etiam sensuum & cordis distractio principium sumit, & multarum displicentia amaritudoque rerum.

*Damna
ex Tactu
immortificatio.*

Verum ex delectatione & gaudio Tactus mollibus lenibusque dedito, multo plura ac perniciosiora, & quæ velocius spiritui obsunt, eiusque vigorem & vires eneruant, damna oriuntur. Hinc execrabile mollitiæ vitium, vel certe incentiua illius, iuxta proportionem mensuramque delectationis tactus. Generatur etiã luxuria: animus efficitur effeminatus, & formidolosus, sensus blandus & mellifluus, ad peccandum, nocendumque paratus. Vanam quoque lætitiã & cordis gaudium immortificati Tactus delectatio infundit, linguæ licentiã, oculorumque libertatem nutrit, reliquosque sensus, secundum gradum appetitus huiusmodi obtundit, & obnubilat. Iudicium occupat, illudque in inscitia & stultitia spirituali conseruat, moraliterque pusillanimitatem & inconstantiam creat: & ob animæ cæcitatem & cordis debilitatem timere facit, vbi nihil est timendum. Hæc etiam delectatio tactus interdum exci-

rat confusionis spiritum, & conscientie spiritusque in negotijs insensibilitatem: eò quod plurimum eneruet iudicium, & ad talem redigat statum, vt nec salutare consilium capere, neque præbere norit, reddatque eam spirituahum & moralium bonorum incapacè, inutilem tandè velut vas perditum, & contrafactû, vniuersa hæc damna ex isto delectationis & gaudij genere oriuntur, in quibusdã plus, in quibusdã vero minus, magis minusque, intensiue, iuxta gaudij ac delectationis intensiõnem, & etiam secundum subiecti, cui eueniunt facilitatem, & debilitatem vel constantiam. Sunt etenim quædam naturales constitutiones, quæ ex occasione modica plus detrimenti capiunt, quam aliæ ex magna. Postremo, propter istud delectationis tactus genus, vniuersa mala & damna, quæ ex naturalium bonorum delectatione oriri diximus, incurri possunt: de quibus quoniam ibi satis iam dictum est, ea hoc loco non recenseo, quemadmodum etiam multa alia, quæ hæc tactus delectatio inducit damna prætereo, cuiusmodi sunt spiritualium exercitiorû penitentiaque corporalis imminutio; in sacramentorum Penitentia Eucharistiaque vsu tepor & indeuotio.

CAPVT XXV.

De vtilitatibus tam spiritualibus quam temporalibus, quæ in Animam ex gaudij delectationisque sensibilibus rerum abnegatione redundant.

STupendæ planè sunt vtilitates, quas Anima ex gaudij huius abnegatione elicet, quarum nonnullæ spirituales sunt, nonnullæ vero temporales. Prima vtilitas est quod anima recolligendo &

do & abstrahendo gaudium suū à sensibilibus rebus, distractionem ex nimio sensuum visu comparatam reparat, in Deumque se recipit, atque ita spiritus, & acquiruntur virtutes conferuntur, & crescunt.

Secundum spirituale emolumentum, quod ex repudiatione gaudij sensibilibus rerum in hominem resultat, eximium est: nimirū quia in veritate asserere possumus, huiusmodi hominem ex sensuali spiritali fieri, & ex animali ratiōnalem, & quod licet homo sit, Angelicè viuat, ex temporali denique & humano, diuinus fiat, & cœlestis. Quemadmodum enim homo, qui rerum sensibilibus lenocinia auocatur, & in illis gaudium suum reperit, nullam aliam appellationem promeretur, nec alia illi debentur nomina, quam hæc, de quibus locuti sumus, sensualis videlicet, animalis, temporalis &c. Ita etiam quando gaudij ab huiusmodi rebus sensibilibus abstrahit, & remouet, vniuersa hæc iure illi debentur nomina, spiritalis nempe, cœlestis, &c. Quod autem hoc modo, & nō aliter res se habeat, perspicuum est, cum enim sensuum exercitium sensualitatisque vigor repugnet, Apostolo teste, viribus & exercitijs spiritalibus, *Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem;* hinc provenit, ut secundum diminutionem defectumque vitiorum vnus istarum hominis portionū, augetur & crescere debeant partis aduersæ vires, quibus obstantibus, non crescebant. Atque ita perfectionem consequente spiritali, hoc est, ista superiori Animæ portione, quæ Deum respicit, suamque cum eo communicationem habet; cuncta recensita attributa promeretur, siquidem perfectionem in bonis donisque Diuinis spiritalibus ac cœlestibus acquirat. Verumque hoc sancti Pauli auctoritate demonstratur; qui sensibus deditum ho-

minem, eum scilicet, qui voluntatis suæ exercitium in rebus duntaxat sensualibus occupat, animale hominem vocat, qui res Diuinas non percipit, hunc vero animalium, qui voluntatem suam in Deum erigit, spiritali appellat, eumque etiā profunda Dei penetrare & iudicare affirmat. *Animalis enim homo percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: spiritalis autem iudicat omnia.* Quamobrem consequitur hinc anima admirabilem quandam vtilitatem, dispositionem nempe, ad bona Diuina, spiritaliaque dona recipienda.

Tertium porro emolumentum est, quia insigni cum excessu & fenore temporaliter augentur illi delitiæ ac gaudia voluntatis, siquidem ut ait Saluator, pro vno centum illi in hac vita tribuuntur. *Centuplum accipiet:* taliter, ut si vnicum repudiaueris & abnegaueris gaudium, centies tantum spiritaliter & corporaliter conferat tibi in hac vita Dominus, quem admodum è contrario, pro vna, ex istis sensibilibus rebus capta oblectatiuncula, centies tantum tibi molestiarum amaritudinumque pullulabit. Ex parte etenim visus à delectationibus vidēdiā repurgati, spiritali gaudium redundat in animā, ad Deum in omnibus, quæ videt siue illa Diuina sint, siue humana, ordinatum. Ex parte verò auditus à delectatione audiendi repurgati, centies tantum gaudij admodum spiritalis & ad Deum in omnibus, quæ audierit, siue illa Diuina sint, siue humana directi resultat. Et idem de alijs sensibus iam depuratis sentiendum est.

Quemadmodum enim in innocentia statu, quidquid videbant, loquebatur, & comedebant in paradiso primi parentes nostri, ad maiorem illos contemplationis suauitatem perurgebat, eò quod optime dispositam subiectamque sensitivam partem rationi haberent: ad eundem etiam modum,

Quantis spiritalibus delitijs perfruatur ille, qui sensuales delicias abnegauit. Matt. 19. 29.

B.
Iannis
Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

Ei, qui purus est omnia maiorem conciliant puritatem.

modum, qui repurgatum, ac spiritui subditum habet sensum ex omnibus sensibilibus obiectis, à primis etiam motibus inchoando, dulcis aduertentiæ contemplationisque Dei, delicias elicit. Vnde ei, qui purus ac mundus est, omnia siue sublimia, siue infima, magis profunt, maioremque conciliant puritatem: sicut è cõtra impurus, mediante sua impuritate, ex utrisque damnum colligit. Cæterum, qui appetitus gaudium non euincit, serenitate gaudij ordinarij in Deo, medijs creaturis & operibus ipsius non perfruetur. In eo autem, qui secundum sensum iam amplius nõ uiuit, vniuersæ sensuum eius operationes ac potentia, ad contemplationem Diuinam diriguntur. Cum enim verũ sit, iuxta rectam Philosophorum doctrinã, vnamquamque rem secundum esse quod habet, viuere; manifeste patet illum, qui esse spirituale mortificata iã animali vita adeptus est, absq; repugnantia vlla in Deum cum omnibus tendere debere, cum iam vniuersæ ipsius actiones & affectus spirituales sint, à spirituali vita promanantes: Ex quo sequitur huiusmodi hominẽ iam corde mundum, in rebus omnibus notitiam Dei iucundam & suauem, castam, puram, spirituales, lætam & amorosam reperiturum.

Ex dictis colligo sequentem doctrinam, nimirum hominem, quamdiu sensus purgationi sensibilis gaudij ac delectationis nõ assuefecerit, ita vt superius à nobis traditum emolumentum eliciat, scilicet vt illum omnia confestim ad DEVM transmittant, abnegatione gaudij sui in rebus sensibilibus indigere, vt animam à vita sensitiua eruat & eripiat. Timendum quæ illi est, ne quoniam ipse minime spiritualis est, ex istarum rerum usu, plus fortassis nutrimenti ac vigoris sensus, quam spiritus consequatur, præponderante & prædo-

minante in operatione ipsius vi sensibili, quæ maiorem producit sensualitatem, illamque nutrit & generat. vt enim Saluator noster ait. *Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Quod attentè perpendendum est, ita enim reuera se res habet. Nec præsumat, qui nondum mortificatam adeptus est sensibilibus rerum delectationem, multum vti sensus operatione, ac viribus circa huiusmodi res sensibiles, sibi persuadens, eas spiritui profuturas. Plus enim animæ vires absque sensibilibus istis crescent, extinguendo videlicet gaudium & appetitum illarum, quam illo circa eas utendo.

Iam vero bona gloriæ, quæ in alia vita ob gaudij istius abnegationem expectantur, non est cur hoc loco referamus. Nam præterquam quod dotes corporales gloriæ, cuiusmodi sunt agilitas & claritas, præstantiores multo eis obuenient, quàm illis, qui nequaquam sese abnegarunt; augmentum quoque essentialis gloriæ animæ diuino amori, ob quem diætas sensibiles repudiavit, correspondens; pro quolibet momentaneo caducoque gaudio, quod abnegauit (sicut dicit S. Paulus) *1. ad Cor. 4. 17.* immensum gloriæ pondus in eo in æternum operabitur. *Id quod in præsentis est momentaneum & leue tribulationu nostra, supra modũ in sublimitate æternũ gloria pondus operatur in nobis.* Non placet modo cætera commoda tã moralia quam temporalia, imò & spiritualia commemorare, quæ ex hac gaudij nocte acquiruntur; sunt enim vniuersa ea, quæ in cæteris gaudijs dicta sunt, & in longe eminentiori gradu, eo quod hæc coniunctiora naturæ sint: & propter ea qui ea respicit, intimiorem illorum abnegatione consequitur puritatem.

CAPVT XXVI.

De quarto bonorum genere, moralibus scilicet, agere auspiciatur, qualia ea sint, quae ratione voluntatis in ipsis gaudium sit licitum, declarat.

Quartum bonorum genus, quibus voluntas oblectari potest, bona sunt moralia. Per quae hoc loco virtutes illarumque habitus, in quantum sunt morales, nec non cuiuscunque virtutis ac operum misericordiae exercitium, Diuinæ legis politicæque obseruantiam, tandē vniuersam egregiè indolis ac innatæ propensionis exercitationem intelligimus. Quae quidem moralia bona cum habentur, & exercentur, maiori fortassis digna sunt voluntatis delectatione, ceteris tribus bonorum generibus explicatis, ob vnā enim ex duabus causis, vel ob vtramque simul, potest homo de suis rebus oblectari, vel ob id, quod ipsae in se sunt, vel certe ob bonū, quod adducunt, & ad quod consequendū velut media, & instrumenta deseruiūt. Ex quo intelligemus possessionē trium generum bonorū, quae iam declarauimus nullum voluntatis gaudium promereri. Nam vt dictum est, nullum ex se bonū homini adducunt, sed nec illud in se continent, cum tam caduca sint & lubrica; quin potius (sicut etiam diximus) dolorem, poenam, afflictionemque animi illi ingenerant, & accumulanti. Licet enim ob secundā causam aliquod illis debeat gaudium, quādo nimium illis vitur homo, vt in Deum assurgat, ad eō tamen res hęc incerta est, vt sicut communiter videmus, potius ob sint homini quam prosunt. At bona moralia, ob primam causam, ob id videlicet quod in se sunt, & valent, aliquod possessori suo gaudium promerentur. Cū enim

pacem & tranquillitatem, rectumque ac ordinatum rationis vsum, operationes etiam concordēs adducant secum; nequit homo humano modo loquendo in hac vita re meliori potiri. Atque ita, quia virtutes ex se ipsis amari & aestimari merentur, humano modo loquendo, bene potest letari homo, quod eas possideat, exerceatque, tū ob id, quod ipsae in se sunt, tū etiam propter bonum quod humano & temporali modo homini adducunt. Hac quippe ratione Philosophi & sapientes, ac antiqui Principes, virtutes aestimarunt, laudibusque celebrarunt, atque illarū acquisitioni & exercitio (licet gentiles essent, & qui temporaliter duntaxat illas intuerentur, ob bona videlicet, quae temporaliter & corporaliter, naturaliterque ex illis in se redundare agnoscebant) vacarunt, neque solum per eas bona & famam, quam temporaliter ambiebant adepti sunt: sed praeterea Deus qui bonū omne etiam in barbaro gentilique diligit, nec rei aliquis bene executionem impedit. Qui (vt dicit Sapiens) nihil verat benefacere, ^{Sap. 7. 22.} cumulabat eos productiore vita, honoribus, dominij, tranquillitate, quemadmodam fecit Romanis, eo quod iustis vterentur legibus, vniuersumque ferme eis subdidit orbem, probos mores temporaliter remunerando, eō quod propter suam infidelitatem aeterni praemij essent incapaces. Ad eō quippe haec moralia bona diligit Deus, vt quia solummodo Salomon petijt ab eo sapientiam ad erudiendum populum, iusteq; optimos eum mores edocendo, gubernandum, gratissimè ^{3. Reg. 3.} hoc ab eo acceperit Deus, eique dixerit, quod quia sapientiam ob eum finem postularat, se ei illam concessurum, & insuper ea, quae non postularat, diuitias videlicet & honores, ita vt nullus praeteritorum aut futurorum regum illi similis esset futurus.

X

Quia

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

3. Reg. 3.
n. 11.

Quia postulasti verbum hoc, & non petisti dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendam iudicium: ecce dedi tibi secundum sermones tuos &c. sed & hac, quæ non postulasti dedi tibi: Diuitias, & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in Regibus, cuncta retro diebus.

Quaratione debeat Christianos homo de bonis moralibus gaudere?

Verum etiam si hoc primo gaudij modo debeat oblectari Christianus moralibus bonis operibusque bonis, quæ temporaliter exercet, quia temporalia illi, quæ diximus bona, adducunt; nequam tamen debet gaudium suum in hoc primo modo delectare: (quemadmodum de gentilibus, quorum spirituales oculi ultra hanc mortalem vitam non transcendebant, diximus) sed quandoquidem fidei lumine insignitus est, in qua æternam vitam sperat, sine qua omnia, quæ hic sunt, & quæ ibi reperitur, nullus illi sunt valoris, solum & principaliter possessione & exercitio istorum moralium bonorum, secundo gaudij modo delectari debet, videlicet in quantum opera bona Dei amore perficiendo, illi vitam æternam acquirunt. Atque ita solum oculos & gaudium in obsequendo, suisque bonis moribus & virtutibus honorando Deo constituere debet. Siquidem absque huiusmodi intuitu, nihil coram Deo virtutes valent, quemadmodum in decem Evangelij virginibus apparet, quæ omnes virginitatem seruant operibusque bonis insudarant, sed quia quinque earum gaudium suum, non secundo modo, hoc est, dirigendo illud in operibus bonis ad Deum, sed potius vanè illud in primo lætandi gaudendi que modo, seipsas ex illorum possessione, iactando, collocarunt fuerunt à cælo absque aliqua gratitudine & præmio sponsi exclusæ. Multi etiam antiquorum aliquas habuere virtutes, & bona exercuerunt opera, & multi Christiani hodie illa exercent, &

Multi bonis operibus, & virtutum exercitijs vitam æternam non promerentur, & quare?

habent, grandiaque moluntur, quæ tamen nihil illis ad futuram vitam profutura sunt; eò quod in illis honorem gloriamque, quæ solius Dei est, & super omnia ipse amor non quaesierunt. Debet itaque Christianus lætari, non quia bona opera perficit, præclarisque moribus vititur, sed in eo quod illa solius Dei amore absque aliquo alio intuitu exercent. Quanto enim maiori sunt gloriæ præmio digna si ob Dei solummodo obsequium fuerint peracta: tanto maiorem illi coram Deo confusionem adducent, quando ex aliorum respectu intuitu fuerint profecta.

Ad dirigendum itaque conuertendumque ad Deum bonorum moralium gaudium, animaduertere debet Christianus, suorum bonorum operum, ieiuniorum, & elemosynarum, penitentiarum & orationum &c. valorem & æstimationem non tam in quantitate qualitateque illorum fundari, quam in Dei amore, quem in illis intendit: & quod tunc tanto sunt perfectiora & magis consummata, quanto puriori perfectiorique Dei amore fuerint peracta, & quanto minus ex illis in hac vita commodi, & in futura gaudij, consolationis, delectationis & laudis desiderauerit. Et idcirco nequaquam debet eorum suum in gustu, consolatione, suauitate cæterisque emolumentis, quæ secum bona exercitia, & opera adducere solent constituere stabileque, sed retrahere debet gaudium ad Deum, optando illis Deo obsequium impendere; insuper seipsum ab hoc gaudio repurgando, illiusque respectu obscurando, cupere solum debet Deum in eis oblectari in abscondito, & perfrui; absque vlllo alio intuitu & motu, nisi honoris gloriæque Dei. Atque hac ratione recolliget in Deum vniuersam voluntatis fortitudinem & vigorem, quantum ad bona moralia pertinet.

CAPVT XXVII.

De septem incommodis, quæ voluntatis gaudium in rebus moralibus reponendo, incurri possunt.

Septem esse reperio præcipua damna, quæ subire potest homo, ob bonorum operum morumque suorum vanum gaudium, eaq; vehementer nociua, eò quod spiritualia sint; quæ ego hoc loco breuiter recensebo.

Primum damnum vanitas est, superbia, gloria vana & præsumptio, operum quippe propriorum complacentia, absque eorum magni pensionis esse nequit. Hinc iactantia nascitur, & reliqua, quemadmodum de Pharisæo in Euangelio dicitur: quod iactabundus oraret, & de ieiunio cæterisque operibus bonis gloriaretur.

Secundum damnum huic vt plurimum annexum est, quod huiusmodi homo cæteros improbos & imperfectos comparatione iudicat, existimando eos minimè ad eò perfectè sicut ipse operari, in cordeque suo eos paruificiando, quin etiam verbis idiplum interdum exprimendo. Hoc etiam damnum patiebatur Pharisæus; siquidem in oratione sua dicebat. *Deus Gratiarum tibi ago, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, rufi, adulteri, velut etiam hic publicanus: Ieiunabo bis in sabba: &c.* Atque ita vno solo actu, vtumque hoc damnum incurrebat, seipsum magnificiando, cæteros verò despiciendo sicut hodie faciunt multi, qui dicunt: non sum ego sicut ille talis, nec committo hoc vel istud sicut iste, vel ille. Imo plurimi istorum deteriores adhuc Pharisæo sunt: ille enim spreuit quidem cæteros, & personam etiam in parteculari designauit, dicens. *Velut etiam hic pu-*

blicanus: ac isti minimè his contenti, iracundia insuper exardescunt, inuidiaque ac liuore dum alios laudibus afferri audiunt, vel illos plus seipso agere, aut posse conspiciunt, tabescunt.

Tertium detrimentum est, quod cum ipsi in operationibus suis gustum solummodo & consolationem suam præ oculis habeant; communiter nequaquam eas aggrediuntur, nisi inde aliquid delectationis laudisque expectent, vnde sicut ait Christus. *Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab hominibus: nec propter solum Deum operantur.*

Quartum detrimentum ex isto sequitur, estque quod operum bonorum, quæ faciunt præmium, minimè in Deo sint reperiendi, siquidem illud in præsentia vita in operum suorum gaudijs vel consolatione, vel honoris emolumento, cæterisque id genus inuenire voluerint, qua in re (vt Saluator noster ait) *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Hocque modo cum solo operum labore pudæ facti præmioque priuati remanebunt. Tanta autem est, quantum ad hoc detrimentum spectat, filiorum hominum calamitas, vt arbitrer maiorem operum, quæ in publico fiunt partem vel esse vitiosam, vel nullius valoris, vel coram Deo mancam & imperfectam: idque propterea quia non sunt ab istis commodis & respectibus humanis liberi & ab alienati. Nam quodnam aliud obsecro iudicium ferri potest de operibus, ac monumentis seu memorijs nonnullis, quæ alii faciunt & institunt, dum illa nisi honoribus, respectibus humanis, vitæque vanitatibus inuoluantur, & veluti vestiuntur, exequi renuunt nomè, genus vel dominia sua æternitati hoc modo consecrando, templis insuper factis stemmata, insigniaque sua insculpendo; quasi seipso vellet ibi imaginis loco collocare, vbi

B.
Iohannis
Cruce

Opera
Mystica

NUM

124

vniversi genua flectunt: quibus in operibus, de aliquibus affirmari potest, pluris eos seipso facere, Deo ipso. Verum prætermisisti istis, qui ex deterioribus sunt: quot reperitur, qui pluribus modis hoc operum suorum detrimentum & iacturam patiuntur. Quorum nonnulli volunt ea laudibus celebrari, nonnulli illorum gratitudinem pro ijs exigunt, alij illa reserent, gratumque illis est, vt ea talis & talis sciat, imo etiam orbis vniversus, interdum etiam Eleemosynam, vel si quid aliud agunt, per alias personas fieri volunt; vt diuulgetur magis: alij denique vtrumque cupiunt. Quod nihil aliud est,

Matt. 6.2. Saluatorem nostro in Euangelio) homines vani faciunt, qui etiam propterea nullum à Deo operum suorum præmium sunt habituri.

Opera bona non hominibus sunt axat, sed sibi etiam ipse celare debet spiritualis.

Quam obrem vt hoc damnum euadant, debent huiusmodi homines opus suum celare, vt soli Deo notum sit, neque illud à quoquam magni fieri velint. Nec tantummodo alijs illud abscondere debent, sed etiam sibi ipsi, hoc est, vt nec ipsi sibi in eo complacere, alicuius illud valoris æstimando, aut delectationem ex eo eliciendo, cupiant. Hoc modo spirituali sensu accipiendum est illud, quod

Matt. 6.3. Dominus noster ait. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Quod perinde est ac dicere: ne temporali carneoque intuitu magni pendas opus, quod spiritualiter agis. Atque hac ratione vniversa voluntatis vis vnitur & colligitur in Deum, & opus coram eo efficitur proficuum: si enim secus fecerit, non solum illius (vt dixi) iacturam faciet, sed etiam multoties ob iactantiam suam & vanitatem interiorem, non mediocriter DEVM offendet. Ad hoc enim propositum illa Iobi sententia intelligenda est: *Si lætatum est*

in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima. Hoc quippe loco, per manum, opus intelligit, per os autem voluntatem, quæ sibi in eo complacet. Et quoniam complacentia hæc in seipso est (vt diximus) ideo ait Iob. Si lætatum est in abscondito cor meum: quod est iniquitas grandis, & contra Deum negatio, vt ibidem etiam subiungit. Sibi ipsi enim opus illud, cuius est omne opus bonum, denegare: quemadmodum fecit Lucifer, qui in seipso sibi complacuit, denegando Deo quod ipsius erat, illudque sibi ipsi vsurpando.

Quintum huiusmodi hominum detrimentum est, quod in via perfectionis non progrediuntur. Cum enim delectationi ac consolationi in operando inhæreant, statim ac in operibus exercitijsque suis consolationem & suauitatem non reperiunt (quod ordinariè fit, quando eos Deus ad vltiora promouere vult, duriori illos pane, qui perfectorum est cibando, ac infantium lac auferendo, virium insuper eorum experimentum faciendo, & tenerum mollemque appetitum repurgando, vt cibum grandium valeant degustare) ipsi vt plurimum despondent animum, perseverantiamque amittunt, eò quod dictam in suis operibus consolationem minime reperiunt. Qua de re spiritualiter intelligitur illud, quod Sapientis ait. *Musca morientes, perdunt suauitatem vnquenti.* Quando enim cuiusdam istorum aliqua se se offert mortificatio, operibus suis bonis moriuntur, illaque intermittunt, ac perseverantiam iacturam faciunt, in qua suauitas spiritus & interna consolatio consistit.

Sextum istorum damnus est, quod vt plurimum decipiuntur, dum arbitrantur, damnum melio-

melliores res operaque esse illa, in quibus ipsi delectationem percipiunt ijs, in quibus eam minime experiuntur, ac laudibus euehant, & magni ista faciunt, illa verò improbant & vilipendunt, cum tamen aliter se res habeant; commuiter enim opera illa, in quibus homo magis amorem suum proprium mortificat (maximè quando necdum in perfectionis via profecit) Deo magis accepta sunt, & apud eum ob sui ipsius abnegationem, quam in eis exercet homo, magis pretiosa, quam ea, in quibus consolationem suam reperit: in his enim facillimè seipsum querere, & intendere potest. Atque ad hoc proposuimus, de huiusmodi loquitur Michas. *Malum manuum suarum, dicunt bonum: hoc est, illud, quod in eorum operibus malum est, dicunt ipsi bonum esse: quod inde eis prouenit, quia solatium suum & gaudium in operibus proprijs, non vero in soli Deo placendo constituerunt. Iam verò quantum sibi iuris damnatum istud tam in spiritalibus, quam etiam in communi hominum vulgo vsurpet, prolixum esset referre. Vix enim reperietur vnus, qui ad benè operandum solius Dei intuitu, absque alicuius consolationis, vel delectationis, aut alterius respectus adminiculis, moueatur.*

Septimum denique damnum est, quod in quantum homo vanum gaudium in operibus moralibus non extinguit, accipiendi consilij ac rationalis doctrinæ circa opera bona quæ acturus est, magis incapax redditur. Habitus enim ille debilitatis, quem in operando cum proprietate & inhaesione vani gaudij contraxit, illuminatiligat, vt aut alienum consilium melius esse non iudicet, aut etiam si melius iudicauerit, illud sequi recuset, eo quod ad illud exequendum animus desit. Huiusmodi etiam homines plurimum in charitate Dei & proximi remissi sunt. Amor quip-

pe proprius; quo in opera sua feruntur, frige facit in eis charitatem.

CAPVT XXVIII.

De vtilitatibus, quæ proueniunt Anima ex gaudij seu delectationis à moralibus bonis separatione.

Ingentia plane sunt commoda, quæ in animam ex eo resultant, quod voluntatis suæ gaudium huic bonorum generi vanè applicare nolit. Inprimis enim à plurimum tentationum fallaciarumque dæmonis ruina immunis est: quæ in gaudio & delectatione huiusmodi operum bonorum latent, sicut ex eo, quod in libro Iob dicitur intelligere possumus, *Sub umbra dormit in secreto calami, & in locu humentibus Quæ de diabolo dicta sunt; eò quod in humiditate gaudij delectationisque & in arundinis vacuitate (operis videlicet vani) seducit animam. Neque mirum est, gaudio isto secretè à dæmone decipi: nam etiam absque ipsius suggestionem ipsum vanum gaudium deceptio est, maximè verò quando istorum operum aliqua iactantia in corde latet: quemadmodum rem hanc rectè expressit Ieremias, dicens. *Arrogantia tua decepsit te, & superbia cordis tui. Quæ enim oblecto maior deceptio reperiri potest ipsa iactantia? à quâ deceptio libera fit anima se ipsam ab isto gaudio repurgando.**

Secunda vtilitas est, quod huiusmodi homo ordinatiora perfectiora que facit opera, cui rei si passio gaudij & delectationis in operibus prædominetur, nullus patet locus: hac quippe gaudij passione interueniente, irascibilis, concupiscibilisque portio, tantum sumunt incrementi, adeoque prævalent, vt ponderi rationis nullum

X. 3. relin-

B.
mannis
Cruce

Opera
Lystica

NVI

124

Cur anima in operibus bonis sapienter inconstans est. & uariis?

relinquant locum, sed ordinariè & ut plurimum loquendo anima in operibus & propositis bonis inconstans est, & varia quædam præmittendo, alia arripiendo, plura inchoando, & nihil perficiendo. Cum enim ob delectationis sensum operetur, hic autem inconstans sit & varius, & in quibusdā multò amplius quàm in alijs, euanescente delectatione, euanescit quoque opus & propositum, licet illud maximi fuerit momenti. Apud huiusmodi homines gaudium & delectatio est veluti operum ipsorum anima & vita: extincto proinde gaudio, moritur etiam & finem accipit opus, nec in eo perseverant, Christo Domino dicente: *Hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Cuius rei ea est ratio, quia non alias vires, neque aliud fundamentum habebant, quam dictum gaudium seu delectationem. Quamobrem, qui voluntate ab isto gaudio separat & remouet, præstantissimam dispositionem ad perseverandum, & non aberrandum adeptus est. Vnde maximi est momenti vtilitas hæc, quemadmodum viceversa, ingens est damnum illi contrarium. Sapiens oculos suos in substantiâ ac emolumentum operis, non autem in delectationem iucunditatemque ipsius collimat. Vnde nec aërem verberat & ex opere constans stabileque gaudium elicit, nec gaudij & delectationis subsidia requirit.*

Luce 8. 13.

Tertia vtilitas est profus diuina, nimirum quia profligato & sopito operum istorum vano gaudio, efficitur pauper spiritu, quæ vna est Beatitudinum, quas filius Dei recenset dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

Matth. 5. 3.

Quartum eodem modo est, quod qui gaudium istud abnegauerit, in operando mansuetus, humilis & prudens euadet. Non enim impetu & festinatione à gaudio concu-

piscibilis & irascibilis stimulatus operabitur, neque cum præsumptione affectata, ob æstimationem, quam sui operis, delectatione ipsius mediante concepit, nec tandem incaute gaudio excæcatus, opera efficiet.

Quinta denique vtilitas est, quod efficitur Deo hominibusque amabilis, & seipsum ab auaritiæ, gulæ, & spiritualis acediæ, inuidiæ quoque spiritualis, alijsque mille vitijs, præseruat ac liberat.

CAPVT XXIX.

In quo de quinto bonorum genere, quibus oblectari potest voluntas, id est, supernaturalibus inchoatur tractatio. Qualia ea sint, ac qua ratione à spiritualibus distinguantur, & qualiter gaudium illorum ad Deum debeat dirigi, demonstratur.

Expedit ut iam de quinto bonorum genere, quibus anima oblectari potest, quæ supernaturalia esse diximus, differamus. Supernaturalium autem bonorum nomine hoc loco vniuersa dona, gratiasque à Deo concessas, quæ facultatem & virtutem naturalem superant, quæ gratis datæ appellantur, intelligimus: cuiusmodi sunt dona sapientiæ & scientiæ, quæ Deus contulit Salomonis gratiâ, quæ S. Paulus enumerat, Fides nimirum, gratia sanitatû, miraculorû operatio, Prophetia, notitia, discretioque; spirituum, declaratio sermonum, donum denique linguarum. Quæ quidem bona, quamuis extra controuersiam sit esse quodque spiritualia, sicut & illa eiusdem generis, de quibus immediatè sumus acturi: quia tamen insigne inter illa discrimen intercedit, placuit ea distinguere. Exercitiû quippe istorum, immediatè hominum vtilitatè respicit, ob quam etiam illa confert Deus, ve ait S. Paulus, *Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatè.* Quod de gratijs istis accipiendum est. Ac spiritualium gratiarum exerci-

exercitium & praxis, locum duntaxat ha-
berint animam & Deum, & inter Deum
& animam, in intellectus voluntatisq; &c.
communicatione, quemadmodum postea
dicendum est. Quare differunt inter se ra-
tione obiecti: siquidem spirituales, inter
Deum animamque locum obtinent, alia
autem quas recensuimus supernaturales,
ad alias creaturas, pro illarum utilitatibus
diriguntur, & destinantur. Differunt præ-
terea in substantiâ, & consequenter in o-
peratione. Vnde etiam necessario diuersa
de illis debet tradi doctrina.

Cæterum de donis gratijsque superna-
turalibus, in eâ, quâ nunc utimur acceptio-
ne in præsentiloquendo, dico, ad vanum
earum gaudium repugandum duo hoc
loco emolumenta, quæ in hoc bonorum
genere reperiuntur, esse animaduertenda;
temporale videlicet, & spirituale. Tempo-
rale est, morborum curatio, cæcorum il-
luminatio, suscitatio mortuorum, dæ-
monum eiectio, futurorum vt sibi præ-
spiciant homines, prædictio; & id genus
alia. Spirituale verò sempiternumque
emolumentum est, vt per hæc opera co-
gnoscat Deus, etiq; obsequium debitum
ab eo, qui illa operatur, vel ab ijs, in qui-
bus, vel coram quibus effectum suum
fortioritur, impendatur.

Quantum ad primum emolumentum
temporale nimirum attinet, opera ac mira-
cula supernaturalia, exigua vel certe nul-
lum animæ gaudium delectationemque
promerentur, excluso. n. secundo emolu-
mento, parua vel nihil homini profunt, cū
ex se non sint media ad vniendâ Deo ani-
mam, sed charitas duntaxat. Hæc autē o-
pera & gratiæ supernaturales absq; gratiâ
faciente gratiâ ac charitate exerceri pos-
sunt, siue hoc fiat verè Deo dona gratiasq;
tribuente, quemadmodū iniquo Prophe-
tæ Balaam contulit, siue dæmonis ar-

te, vel alijs naturæ secretis alia similia
(sicut Simoni Mago contigit) falso effi-
ciendo. Quæ opera & mirabilia, si ali-
quam ea operanti vtilitatem adferre de-
berent, certè vera & à Deo concessa,
illam adferrent.

Hæc verò absque secundo emolumento,
quantum valeant docuit S. Paulus di-
cens. *Si linguis hominum loquar, & Angelo-
rum; charitatem autem non habeam, factus
sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Et si
habuero prophetiam, & nouerim mysteria
omnia, & omnem scientiam, et si habuero omnem
fidem, ita vt montes transferam, charitatem
autem non habuero, nihil sum &c.* Vnde &
Christus Redemptor noster plurimis, qui
hoc modo sua magni penderunt opera,
quando pro eis gloriam ab eo postula-
bunt dicendo. *Domine nonne in nomine tuo
prophetauimus, & virtutes multas fecimus? Re-
spōdebit, Discedite à me qui operamini iniqui-
tate. Quamobrem homo lætari debet, nō
quia eiusmodi insignitus est gratijs, illasq;
exercet: sed quia secundum emolumentū,
spirituale scilicet ex eis elicit; Deo in eis cum
charitate verâ, in quâ vitæ æternæ fru-
ctus consistit, seruiendo. Propterea nam-
que Saluator noster discipulos suos, eò
quod dæmonia eijcerent lætantes, repte-
hendit, dicens: *Verumtamen in hoc nolite
gaudere, quia spiritus vobis subsiuntur,
gaudete autem, quod nomina vestra scripta
sunt in calicibus.* Quod secundum rectam Theo-
logiæ doctrinam perinde est, ac si di-
xisset. *Gaudete & lætamini si libro vitæ
vestra nomina sint inscripta.* Ex quibus
intelligimus, non debere hominem læ-
tari, nisi cum æternæ vitæ itinera carpit,
cū scilicet charitatis operibus insudat.
Quid enim coram Deo prodest, aut cu-
ius apud eum valoris est, quidquid Deo
amor non est? qui amor perfectus
non est; si fortis non sit, prudens,
ac*

B.
Mannis
Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

1. Cor. 13. 2

Matt. 23. 2

Quomodo
Lazari de-
bet homo
in huius-
modi bo-
nis?

Luc. 10. 20

ac

ac in omnium rerum gaudio repurgando discretus: illud totum ad solam dei voluntatem perficiendam ordinando. Atque hoc pacto vnitur Deo voluntas medijs istis supernaturalibus bonis.

CAPVT XXX.

De damnis, qua resultare possunt in animam ex eo, quod voluntatis gaudium in hoc bonorum genere reponat.

TRia præcipua damna existimo ego incurere posse hominē, gaudium in bonis supernaturalibus reponentem. Decipere videlicet & decipi: fidei iacturam in anima: vanam gloriam vel aliquam aliam vanitatem.

Qui supernaturalibus bonis delectatur, facile seipsum, & alios decipit.

Quantum ad primum attinet, facillimum est alios, & seipsum quoque huiusmodi operibus sese oblectando decipere. Cuius rei est ratio: nam ad discernenda ista opera, quæ scilicet falsa sint, & quæ vera, item qualiter, & quo tempore exerceri debeant, magnum consilium, multumque Dei lumen necessarium est: vtrique autem rei operum istorum æstimatio, nimiumque ex eis gaudium impedimento est. Et hoc ob duas accidit causas: Prima est, quia gaudium hebetat obfuscatque iudicium: Altera verò, quia ob gaudium, ac delectationem operis illius, non solum appetit homo citius illud fieri, sed etiam vt illud extra tempus operetur propendet. Et dato casu quod virtutes, & opera, quæ exercetur vera sint, nihilominus satis sunt duo isti defectus, vt sæpenumero in illis decipiatur: vel non capiendo illa sicuti capi intelligique deberent, aut non ex illis proficiendo, illisque quando & qualiter oportet vtendo. Quamuis enim verum sit, quod quotiescunque hæc dona & gra-

tias imperitur Deus, simul etiam illarum lucem ac motionem, qualiter nimirum & quando exerceri debeant conferre, ipsi nihilominus plurimum aberrare possunt, non eis cum ea, quam requirit Deus, perfectione, nec eo, quo ipse vult modo & tempore, ob proprietatem & imperfectionem, quam circa illas habere possunt, vtendo. Quemadmodum legitur facere voluisse Balaam, cum contra Dei voluntatem ad maledicendum Israelitico populo pergere præsumpsit. Quamobrem iratus Dominus interficere eum volebat, Sancti quoque Iacobus & Ioannes zelo commoti, volebant facere ignem de celo super Samaritanos descendere, eò quod nolissent Christum Dominum nostrum hospitio excipere; quos propterea reprehendit. Ex quo manifestum fit, qualiter huiusmodi, de quibus loquimur imperfecti, ad opera ista, quando non expediebat patranda, ab aliqua imperfectionis passione, gaudio æstimationeque illorum inuoluta, determinantur & inducuntur. Quando enim similis imperfectio non interuenit, tunc solum ad virtutes istas operandas mouentur & determinantur, quando & quomodo Deus illos ad id excitat, extra quod tempus, ea aggredi non expediebat. Idcirco enim de quibusdam Prophetis conquerabatur per Ieremiam Deus dicens: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Et postmodum subiungit: *seduxi autem populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandarem illis.* Ibidem, etiam de illis dicit: *Quod videbant cordis sui visionem, illamque edicebant: quæ omnia nequaquam hoc modo contigissent, si ipsi hæc abominabili propterea in operibus istis caruissent.* Vnde ex istis autoritatibus datur intelligi, huiusmodi gaudij damnium, non solummodo ad

ad inique peruersaque gratijs istis à Deo datus vrendum inducere (quemadmodum Balaam, & illi quos citato loco Ieremias dicit patrasse miracula, quibus decipiebant populum, inducti fuerunt) verum etiam eosque petrahere, vt absque eo, quod illas à Deo receperint, ijs vtantur; quemadmodum fecerunt isti, qui sua delicia prophetizabant, visionesque, quas ipsi componebant, aut quas illis dæmon representabat, divulgabant. Cum enim illos huiusmodi rebus addictos animaduertit dæmon, latum eis ad hæc præbet campum, plurimamque suggerit materiam, multis sese modis immiscendo, vnde & isti vela pandunt, & impudentem audaciam acquiritant, & huiusmodi prodigiorum operam, prodigi efficiuntur. Neq; hic malum istud sistit, sed eosque cupiditas & delectatio istorum operum perducit, vt si huiusmodi homines occurrit antea eum dæmone pactum inierant (multi quippe istorum ob occultum cum eo pactum ista perpetrant) iam expressum manifestumque inire non vereantur, ex pacto se illi veluti discipulos & confederatos subiiciendo. Hinc malefici, incantatores, magi, arioni & striges prodeunt. Et eosque gaudij & delectationis circa ista opera malitia peruenit, vt non emere duntaxat pecunijs dona gratiasque diuinas ad obsequendum dæmoni velint, quemadmodum Simon magus cupiebat, sed etiã ter Deo sacratas, imò etiam (quod sine tremore dici non valet) diuinas acquirere studeant (grandem hinc Deus misericordiam suam dilaret & demonstret.) Quam verò sebi ipsi perniciosi sint huiusmodi homines, & quantum Christianæ reipublicæ detrimentum inferant, vnusquisque manifeste poterit cognoscere. Quo loco animaduertendum est, vnuerfos illos magos & arios, qui inter filios Israhel fuerant

reperiti, quos etiam Saul è terra exterminauit; idcirco in tantas abominationes, deceptionesque lapsos fuisse, quia veros Dei Prophetas imitari voluerant. Quicumque ergo gratiam & supernaturale donum à Deo fuerit consecutus, debet delectationem, & cupiditatem ab ipsius exercitio procul arcere: Deus autem, qui illud supernaturaliter ad Ecclesiam suam vel membrorum ipsius commodum præbet, supernaturaliter quoque, ad ipsius exercitium illum permouebit, qua ratione, & quo tempore illud exercere debeat, inspirando. Si enim discipulis suis præcipiebat, ne solliciti essent, quid aut quomodo essent locuturi, eò quod negotium esset supernaturale fidei, vult similiter (cum negotium operum istorum non sit minoris momenti) vt præstoletur homo donec ipsemet Deus cor excitando operatus sit, cum in ipsius virtute, omnis virtus debeat operari. Et propterea discipuli in Apostolorum actis, quamuis eis Deus gratias donaque ista larga manu infudisset, petierunt tamen ab eo, vt manum suam ad sanitates, signa & prodigia per ipsos perficienda extenderet, vt fidem Domini Nostri Iesu Christi cordibus audientiam imprimerent: *Da seruitus cum omni fiducia loqui verbum tuum in eo quod manum tuam extendas ad sanitates & signa, & prodigia fieri per nomē sancti filij tui Iesu.*

Secundum damnum, ex hoc primo potest promanare, fidei videlicet iactura & detrimentum, quod dupliciter contingere potest. Primo, respectu aliorum. Nam volendo virtutem, & miraculum extra tempus, & præter necessitatem operari, præterquam quod Deus tunc manifeste tentatur (quod profecto est peccatum grande) accidere poterit rem minimè ex voto succedere, effectuque carere, vnde in

Y cor-

B.

mannis
Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

Act. 4. 30

Secundum
damnum,
quod in
iis super-
naturalibus
bonis
se oble-
tando in-
curritur,
est fidei de-
trimentum.

cordibus presentium, minor credulitas fideique contemptus oriretur. Quamuis enim aliquando res ex sententiâ succedat, eò quòd ita Deus alias ob causas respectulque velit, quemadmodum cum illa Saulis Pithonissa fecit (si tamen verum est Samuelem ibi apparuisse) non semper tamen, eodem illis eueniet modo: quando autem voti compotes euaserint, non propterea tamen non errant ipsi, aut sunt à culpâ immunes, eò quòd istis vtantur gratijs, quando minime deberent.

NOTA. Secundo modo poterit huiusmodi persona in seipsa detrimentum pati, quantum ad fidei meritum spectat, nam miracula ista magnipendèdo, à substantiali fidei exercitio, quæ est habitus obscurus, duellitur: vnde etiâ vbi plura signa testimoniaq; concurrunt, minus ex credendo meriti resultat. Vnde S. Gregorius dicit. *Fides non habet meritum, cui humanaratio præbet experimentum.* Vnde Deus ista miracula, quando ad credendum sunt necessaria, vel ob alios gloriæ suæ sanctorumque suorum fines, operatur. Ne etiam sui discipuli fidei merito carerent, si Resurrectionis suæ experimenta cepissent, propterea antequam se ipsis palam ostenderet, multa operatus est, vt eum minime cernendo, fidem ipsius adhiberent resurrectioni, Magdalenz quippe, primo vacuum monstrauit sepulchrum, postmodû voluit illi ab Angelis mysterium hoc dici (Fides enim est per auditum, sicut ait S. Paulus) vt illud audiens, prius crederet, quam cerneret. Quin etiam quando illum iam conspexit, fuit id in hortulani schemate, vt illam in credulitate, quæ illi deerat presentiz suæ calore perfecte instrueret. Discipulis quoque prius per mulieres resurrectionem nunciauit, postea verò illi ad videndum perrexere se-

1. Reg. 2. 22.

Greg. ho. 26. in Est. angel.

Ioan. 10. 25. & 30.

Rom. 10. 17.

pulchrum. Euntium etiam in Emaus priu inflammanuit corda, quam se illis aliena specie cum eis iter carpens, ostenderet. Et tandem postmodum vniuerfos increpauit, eò quòd iis qui nunciarent, eum resurrexisse, non credidissent. Sanctum quoque Thomam, eo quòd resurrectionis suæ experimèta in vulneribus eius capere voluisset, reprehendit, dicens: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Ex quibus patet, non admodum esse Deo gratum miracula fieri. Et propterea Pharisæos, eò quòd non crederent, nisi præcedentibus signis, ipse reprehendebat, dicens: *Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.* Magnum itaque fidei detrimentum subeunt, qui sese istis operibus supernaturalibus oblectare amant.

Tertium postremo detrimentum est, quod vt plurimum ob huiusmodi operum gaudium & oblectationem in vanam gloriam, vel aliam vanitatem labuntur. Nam etiam ipsum de istis mirabilibus operibus gaudium, si non sit (vt diximus) purè in Deo, vel propter Deum, vanitas est: quod ex eo patet, quia Dominus noster discipulos suos propterea reprehendit, quia fuerant lætari ex eo quòd dæmonia ipsis subijcerentur, quod gaudium si vanum non fuisset, nunquam illud Saluator noster reprehendisset.

CAPVT XXXI.

De duobus emolumentis, quæ ex gaudijs supernaturalibus gratijs abnegatione, elicuntur.

PRæter commoda, quæ consequitur anima seipsam per gaudij & delectationis huius priuatione à prædictis tribus damnis eliberâdo, duas insuper easq; eximias abnegationis

mias adificatur utilitates. Quarum prima
 est, quod magnificat & exaltat Deum.
 Secunda est quod ipsa quoque anima se-
 ipsam exaltat. Bisariam enim Deus in a-
 nima exaltatur. Primo modo, quando
 ipsa cor suum voluntatisque suae gaudium
 & delectationem ab omni eo, quod
 Deus non est, separat & abstrahit, vt
 illum totaliter in Deum transferat. Quod
 significare voluit Dauid dicens: *Acce-
 det homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.*
 Eleuato siquidem super omnia corde,
 exaltatur etiam anima super omnia illa.
 Et quoniam sic faciendo, in solo Deo
 cor reponitur, exaltatur etiam & mag-
 nificatur DEVS ipse, praestantiam
 & magnitudinem suam animae patefa-
 ciendo: in hac enim gaudij delectationis-
 que in Deum subleuatione, praebet Deus
 animae testimonium, quoniam ipse sit.
 Quod nequaquam fit, nisi gaudium, &
 consolatio voluntatis in rebus vniuersis
 euacuetur. Sicut etiam hoc per Dauid
 Dominus dixit. *Vacate, & videte, quo-
 niam ego sum Deus.* Et iterum ait. *In terra
 deserta, & inuisa, & iniquosa, sic in sancto ap-
 parui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam
 tuam.* Cum ergo verum sit exaltari Deum
 dum gaudium in separatione ab omni-
 bus rebus constituitur, multo exaltabi-
 tur amplius, illud ab istis mirabiliori-
 bus separando ac diuellendo (cum sub-
 limioris sint illarum entitatis, eò quod su-
 pernaturales sint) vt in eum solum trans-
 feratur; quamobrem illas relinquendo
 vt gaudium & delectatio in solo Deo
 reponatur, maior Deo gloria excel-
 lentiaque attribuitur quam illis; quo e-
 nim quis plura maioraque propter alium
 despicit, tanto plura illi facit, & exal-
 tat. Praeterea secundo modo exaltatur
 Deus, voluntatem ab isto operum gene-
 re separando, & abstrahendo. Quia

quò magis credimus Deo, fideliusque
 sine testimoniorum ac miraculorum
 adminiculis obsequimur, eò amplius ab
 animà exaltatur: plus enim de Deo credit,
 quam signa & portenta illi persuadere
 possent.

Secunda utilitas, animae nimirum sub-
 leuatio seu sublimatio ideo euenit, quia
 voluntatem ab vniuersis testimonijs si-
 gnisque apparentibus separando & elon-
 gando, ad purissimam hanc subleuatur,
 & euehitur, quam illi in gradu multo in-
 tentiori infundit & adauget Deus, si-
 mul etiam vberius illi alias duas Theolo-
 gicas virtutes, charitatem nimirum & sp̄
 tribuendo. Quà in re sublimissimis Dei
 notitijs obscuro nudoque fidei habitu me-
 diante perficitur, magnam quoque amoris
 percipit suauitatem media charitate,
 per quam in nullà alia re oblectatur vo-
 luntas, nisi in Deo viuo. Denique volun-
 tatis satisfactione, spe intercedente per-
 fruitur. Quae omnia admirabile sunt e-
 molumentum, quod directè & essentiali-
 ter ad perfectam animae cum Deo vnio-
 nea confert.

CHAR-
 tione ad
 purissimam
 fidem per-
 ueniat a-
 nima.

CAPVT XXXII.

*In quo de sexto bonorum genere, quibus oblectari
 potest voluntas agere incipit, qualia ea sine
 demonstrat, primamque eorum
 facit diuisionem.*

Quandoquidem scopus, quem in hoc
 nostro opere nobis proposuimus
 est, per spiritualia bona spiritum ad vn-
 ionem vsque diuinam Animae cum Deo
 dirigere; nunc quando in hoc sexto bo-
 norum genere de spiritualibus bonis, quae
 maximè negotium istud promouent, no-
 bis differendum est, operae pretium erit,
 vt tam ego, quam Lector peculiaris

Scopus au-
 thoris in-
 hoc opere.

Y 2 atten-

B.

Mannis
 Cruce

Opera
 Mystica

NIT

124

*Petit Au-
thor singu-
larè in istis
legèdis ne-
scutionè,
& quare:*

attentionè considerationem nostram huc
conuertamus. Est quippe res omnino
certa, quod ob exiguam quorundam sci-
entiam, plures spiritualibus rebus, pro sen-
su duntaxat vtuntur, spiritum vacuum re-
linquentes, ita vt vix reperiatur, cui sensi-
bilis gustus seu succus non magnam spiri-
tus partem corrumpat & demoliat a-
quam antequam ad spiritum perueniat,
ebibendo, aridum illum interim & vacu-
um relinquendo.

*Quidnam
per spiri-
tualia bo-
na intelli-
gitur?*

Ad rem itaque nobis propositam acce-
dendo dico, per spiritualia bona, me om-
nia illa intelligere, quæ ad res diuinas, ani-
mæque cum Deo conuersationem, nec
non ad Dei cum animâ communicationem
mouent, & iuuant.

*Spiritua-
lia bona in
duplici re-
peruntur
differen-
tia: Dul-
cia videli-
cet & A-
mara.*

Inchoando itaq; à diuisione per supra-
ma genera factâ, dico spiritualia bona in
duplici differentiâ reperi: quædam videlicet
dulcia & iucunda, alia verò amara & affli-
ctiua, & vnumquodq; istorum generum,
in duas etiâ species seu modos diuiditur:
nam dulcia seu sapida bona, quædam sunt
rerum manifestarum, quæ distinctè intel-
liguntur, alia verò sunt rerum, quæ nec
clarè nec distinctè percipiuntur. Amara
quoque & afflictiua, quædam sunt rerum
manifestarum & distinctarum; alia autem
sunt rerum confusarum & obscurarum.

*Attente est
hac hono-
rè distin-
ctio perpè-
denda ad
librorum
istorum in-
telligentiam.*

Quæ omnia possumus etiam secundum
animæ potentias distinguere. Quædam en-
nim bona in quantum intelligentiæ sunt,
ad intellectum pertinent: alia in quantum
sunt affectus, ad voluntatem: alia verò in
quantum imaginaria sunt, ad memoriam
spectant. Prætermisissis itaque nunc amaris
bonis & afflictiuis, eò quòd ad Noctem
Passiuam pertineant, in qua de illis tra-
ctaturi sumus, prætermisissis etiam dulcibus il-
lis & sapidis bonis, quæ dicebamus confu-
sarum esse rerum, & non distinctarum, vt
de illis vltimo loco agamus, eò quòd ad

noticiam generalem confusam, amoro-
sam, in qua vnio animæ cum Deo celebra-
tur spectent, quam Libro secundo dum
diuisionem apprehensionum intellectus
faceremus, prætermisimus, tractationem
illius in vltimum locum differendo, quod
etiam plene copioseque Libro noctis ob-
curæ præstabimus. Hoc autem loco de il-
lis dulcibus sapidisque bonis, quæ sunt re-
rum manifestarum & distinctarum, tra-
ctabimus.

CAPVT XXXIIII.

*Agitur de spiritualibus bonis, quæ distinctè intel-
lectum memoriamque subire possunt, &
quæ ratione voluntas sese gerere de-
beat circa illorum gaudium,
seu delectationem, e-
docetur.*

Magnus profectò nobis hoc loco
subeundus esset labor, si memo-
riæ, intellectusque apprehensionum mul-
titudinem recensere deberemus, mo-
dumque voluntati, quo sese circa earum
gaudium ac delectationem gerere debeat,
præscribere, nisi hæc de re fusè secundo, &
hoc tertio libro egissemus. Sed quoniam
ibi traditus est modus, quo duz istæ
potentiæ circa illas sese gerere debeant,
vt ad diuinam vnionem tendere possint;
cumque eodem omnino modo expediat
voluntati sese cum gaudio & delecta-
tione ex apprehensionibus istis orto ge-
nere; minimè necessarium est hoc lo-
co apprehensiones istas recensere: satis
si quidem est dicere, quod vbicumque di-
ctum est vt potentiæ illæ, sese à talibus
vel talibus apprehensionibus euacuent,
intelligendum supponendumque esse,
voluntatem quoque illarum gaudio euacuari
debe. Illud etiam quod de memo-
ria & intellectu dictum est, quæ ratione
nempe

nempe sese cum vniuersis apprehensionibus illis gerere debeant, idem profus de voluntate intelligi debet. Cum enim intellectus, & ceteræ potentie nihil admittere recusareque possint, absque voluntatis assensu; perspicuum est, eandem doctrinam, quæ deseruit vni, alteri quoque deseruituram. Quamobrem ea, quæ in hac parte desiderari possent, illo locopeticula (quæ ibi recensentur) incurret anima, si voluntatis gaudium in omnibus illis apprehensionibus nesciat ad Deum dirigere.

CAPVT XXXIV.

De sapientia dilectiuaque spiritibus bonis, quæ distinctè in voluntate locum habere possunt, & quocumque ea sint.

Ad quatuor bonorum genera, omnia, quæ voluntati gaudium & voluptatem distinctè adferre possunt, reuocare possumus, Motiua nimirum, Prouocatiua, Directiua, & Perfectiua: de quibus sigillatim ordinateque differemus; & primo loco de motiuis seu excitatiuis, cuiusmodi sunt Imagines, sanctorumque effigies, oratoria, ritus, seu ceremonie.

Quantum autem ad imagines sanctorumque effigies spectat, multæ circa eas vanitates ac delectationes vanæ occurrere possunt, cum enim tantæ sint ad cultum diuinum momenti, tamque ad permouendam & excitandam ad deuotionem voluntatem necessaria; quemadmodum approbatio vsusque earum, qui in sancta Ecclesia matre nostra viget, perspicue demonstrant; (vnde etiam semper illis ad excitandum teporem nostrum uti expedit) multæ tamen reperiuntur perso-

næ, quæ gaudium suum ac delectationem in pictura potius ornatumque seu apparatu earum reponunt & occupant, quam in rebus illis, quas referunt & representant.

Ob duos primarios fines Imaginum vsus instituit sancta Ecclesia, primo ob debitum in illis honorem, reuerentiamque sanctis exhibendam. Secundo ad permouendam voluntatem, atque deuotionem erga eos per illas excitandam.

Et quatenus ad hæc conferunt ac deseruiunt, summam adferunt utilitatem, vsusque earum necessarius est, ad quem finem consequendum imagines illæ, quæ magis propriè & ad viuum representant, magisque voluntatem ad deuotionem excitant, eligi debent, ad ista potius quam ad earum valorem, curiosum artificium & ornatum oculos collimando.

Sunt enim (vt dixi) nonnulli qui imaginis potius artem valoremque intuentur, & considerant, quam illud quod representant: & internam deuotionem, quam ad inuisibilem sanctum spiritualiter dirigere deberent, in exteriori affectu & curiositate ita reponunt; vt sibi in ea complacere ac oblectetur sensus, amorque & voluntatis gaudium in ea remaneat: quæ res totaliter verum spiritum impedit, qui affectus annihilationem in omnibus rebus particularibus requirit. Hoc clarè animaduertere licet ex quadam abominanda consuetudine, quæ temporibus istis apud plerosque inualuit, qui cum vanum mundanorum vestiendi modum minime abhorruerint, factas imagines illo vestimentorum schemate, quod homines vani ad recreationum ac leuitatum suarum satisfactionem indies adinueniunt, exornant, eaque vestium forma, quæ in ipsis reprehensione digna est, sanctorum induunt imagines: quæ res profecto sanctis, quos representant, semper ingrata fuit & inui-

Y 3

inui-

B.
Iannis
CruceOpera
Mystica
NVI
124

inuisa, & adhuc est: hocque modo conatur demon, & ipsi cum eo, autoritatem, vanitatibus suis, in sanctos eas conferendo, non sine graui ipsorum iniuria conciliare. Atque hoc pacto honesta & grauis animæ deuotio, quæ vniuersam à se repellit profigatque vanitatem, eiusque vestigium ad curiosum, & superfluum ornatum imaginum, atque figurarum affabre depictarum, quibus per affectum adhaerent, quibusque oblectantur ad summum seducitur. Hinc videre est personas aliquas, quibus nunquam satis est imaginem imagini addere, quas etiam talis formæ, talisque operis esse volunt, nec alio, quam tali vel tali ordine disponi, vt vehementius sensum oblectent, interim autem deuotio cordis dmodum est exigua. Cui rei tanto plerumque affectu adhaerent, sicut Michas ille idolis suis adhaerens, vel certe Laban: quorum primus domo sua egressus, magnos debet clamores, eò quod illi sublata fuissent: alter verò, multo confecto itinere ita efferuescens, vniuersam Iacobi supellectilem sarcinasque, idola sua inuestigans, excussit.

*Iudic. 18.
24.
Gen. 31.
30.*

*Spiritualis
persona,
qua ratio-
ne uti de-
bet Imagi-
nibus
sanctis.*

Spiritualis ac deuota persona, in inuisibili præcipuam suam reponit deuotionem, paucisque indiget & vritur imaginibus, iisque præsertim, quæ plus Diuini, quam humani præ se ferunt: vestiendo & ornando eas, seque ipsam cum eis iuxta alterius potius sæculi schema & formam, & iuxta sanctorum statum; nec villo pacto huius sæculi figuræ modoque sese accommodat; vt non solum appetitum, ipsius vestis sæculi huius schemaque non permoueat; sed vt ne recordetur quidem eius per illud, aliquid illi vel ipsius rebus simile præ oculis habendo, sed nec illis quibus vritur cor implicatum habet, vnde si illis priuatur, parum admodum

affligitur, viuam siquidem intra se quaerit imaginem, quæ est CHRISTVS CRUCIFIXVS, in quo potius omnia sibi cupit auferri, omniaque sibi deesse, imo etiam illa, quæ videbantur esse media ad Deum promouentia, si illi auferantur, remanet quieta & pacata. Maior siquidem Animæ perfectio est in priuatione & ablatione huiusmodi motiuorum lætari, seque tranquillam conseruare; quam in possessione eorum cum appetitu & adhesionem. Quamuis enim laudabile sit huiusmodi imagines & instrumenta habere, quæ animæ deuotionem excitent (ad quem etiam finem semper huiusmodi seligendæ sunt, quæ eam magis excitent) verum non est perfectionis, ac eò illis adhaerere, vt eas cum proprietate possideat, ita vt si ab ea tollerentur, contristeretur. Quamobrem id sibi persuadeat Anima, quod quo maiori cum proprietate imagini vel motiuo sensibili adhaerit, eò minus orationem ac deuotionem suam ad Deum ascensuram. Licet enim extra controuersiam sit, quod imagines, quæ magis ad amulsum rem repræsentant, magisque quam alia deuotionem excitant, ob id, eamque solam ob causam maiori cæteris amore dignæ sint, minime tamen id fieri debet cum ea proprietate & adhesionem, de qua nuper sum locutus; ne videlicet eo, quod spiritum celeti quodam volatu in Deum subleuare debebat, obliuioni dato, totum absorbeat sensus, delectationi instrumentorum immerfus, quæ cum spiritum solummodo promouere debent, ad huncque duntaxat deseruire finem; iam ob istius hominis imperfectionem, potius obstaculo sint, & impedimento, & aliquando non minus, quam cuiusuis alterius rei adhesio & proprietas.

Sed dato, aliquam in hoc imaginis m
nego-

*Insuper
est Imagi-
nibus cum
proprietate
cordis ad-
herere.*

*Capitulum
vltimum
de
vitiis
in
re
adhaerentibus.*

negotio excusationem adferri posse, eò quod nuditatem, & paupertatem spiritus quam perfectio requirit minime habeat perspectam; saltem nulla poterit excusatio in imperfectione, quam vulgo multi circa coronas, rosariæque admittunt, assignari: vix quippe aliquem reperias, qui hac in parte debilitatem aliquam non demonstrat, potius ea isto fabricata modo volendo, quam alio, ex hoc non ex alio metallo, talis potius quam illius coloris aut ornatus, &c. cum non amplius vnum referat quam aliud, ad hoc vt facilius Deus orantis peccata admittat; aut vt ex hoc vel in alio persoluantur rosario; quin potius illa velocius exauditur anima, quæ simpliciter recte orat corde, nihil aliud in optatis habendo, quam Deo rem gratam præstare, nihil amplius hoc vel illud rosarium, nisi forte ob annexas Indulgentias, æstimando.

Est nostra vana cupiditas huiusmodi naturæ & proprietatis, vt vniuersis adhaereat & agglutinetur rebus, estque tinea instar, quæ integra demolitur, & tam res bonas, quam etiam malas corrodit. Quid enim obsecro aliud est, quod Rosario curioso oblecteris, potiusque illud ex ista quam ex illa velis materia, nisi quia gaudium & oblectationem in instrumento reposuisti? & cur potius hanc quam illam eligis imaginem, nec si te ad maiorem Dei amorem sit excitatura, consideras, sed si pretiosior solum sit, magisque curiosa attendis? Profectò si appetitum ac gaudium tuum in soli Deo placendo reposuisses, nihil hoc vel illud curares. Nec mediocriter generat fastidium aliquas spirituales personas, tantoperè modis artificijsque motiuorum & instrumentorum istorum, vanæque in illis delectationi & curiositati addictas cernere: nunquam enim eos contentos, satisfac-

tosque animaduertes, sed semper vnum morium propter aliud deserere, aut permutare, & propter istos visibiles modos, spiritus deuotionem obliuioni dare, eodem interdum affectus & proprietatis genere ista prosequendo, quo aliam temporaneam supellestem prosequuntur; vnde non mediocriter patiuntur detrimentum.

CAPVT XXXV.

Eandem de sacris Imaginibus prosequitur materiam. Ignorantiam etiam quandam, qua nonnulla circa eas tenentur persona, exponit.

Multa de ruditate & stupiditate, qua circa imaginum vsum, multa laborant personæ, esse dicenda, nã eousque stoliditas hæc peruenit, vt nonnulli plus fiduciam in quibusdã reponant imaginibus, quã in alijs, à solo affectu amoreque; quo in vnam potius quam in aliam feruntur, figuram inducti. Qua in re insignis quædam ruditas, & cererum ad diuinum cultum ac honorem illi debitum attentum ignorantia latet: qui orantis fidem ac cordis puritatem maximè intuetur. Nam quod Deus plura interdum conferat beneficia, per vnam quam per aliam eiusdem generis Imaginem (quamuis in earum officio plurimum aliquando intercedat discriminis) hoc idcirco fit, vt homines magis per vnam, quam per aliam imaginem suam prouocent deuotionem. Quamobrem nulla alia causa est, cur Deus miracula operetur, beneficiaque maiora per aliquas imagines, quam per alias conferat, nisi vt nouitate illa, languida & sopita

Stoliditas quorundã plus in vna quã in alia imagine fiduciam reponunt.

Cur Deus plura interdum conferat beneficia per vnam imaginem, quam per aliam.

fidem

B.

Annis
Cruce

Opera
Mystica

NUM

124

fideliū deuotio, & affectus excitetur. Cum autem tunc media imagine, illa deuotio accendatur oratioque continuetur (vtrumq; enim medium est vt preces audiat Deus, postulataque concedat) tunc etiam imagine illa mediante, & propter affectum & orationem, continua beneficia confert Deus & miracula patrat: fides enim & deuotio, quæ erga imaginem habentur, in sanctum quem representant, deriuatur & redundat.

Quare nullo modo facienda est reflexio in artificij artibus, eum qua imago est effecta differentiam, vt plus ſpei in vna reponatur quam in alia, effer enim hoc insignis stupiditatis: sed illæ pluriſiant, quæ magis acciunt deuotionem. Vnde Deus vt magis istam formalem fidelium deuotionem repurget, solet vt videmus, si aliqua præstare beneficia ac miracula operari velit, ordinariè illa, medijs quibusdã exhibere imaginibus, non perfecte admodum efformatis, aut curiosè depictis vel figuratis, ne fideles aliquid rerum istarum picturæ, vel arti adscribant. Sæpe etiam solet Dominus noster huiusmodi impendere beneficia, medijs imaginibus illis, quæ magis sunt ab hominibus remota ac solitaria. Primo, vt impulsu illo eas ad eundem, magis affectus incaleſcat, actusque fiat intensior. Secundo vt ab hominum strepitu segregati, orationi incumbant, quemadmodum Dominum nostrum fecisse legimus. Quam ob causam, ille qui peregrinationem aliquam suscipit, optime facit, si eam tunc obeat, cum nulli alij locum illum petunt, quamuis propterea insolito id fieri tempore deberet. Cum autem magna hominum frequentia iter illud carpit, nunquam illi author essem eò eundi, vt plurimum enim, magis inde distracti in deuotiq; redeunt, quam iuerant. Nò pauci etiam peregrinationem aggre-

diuntur animi potius gratia, quam deuotionis. Itaque si fides & deuotio abſor non satis erit imago: o quam viua eleganſque fuit imago Saluator noster in mundo, nihilominus tamen omnes, qui fide erant destituti, licet maximè illum comitarentur, eiusque stupenda conſpicerent miracula, nihil inde vtilitatis referabant. Atque hæc erat potissimum ratio, cur in patria sua pauca patrarit miracula, vt ait Euangelista.

Placet etiam hoc loco aliquot supernaturales effectus referre, quos interdum imagines aliquæ in particularibus personis producere solent. Nam nonnullis imaginibus infundit Deus spiritum singularem, taliter vt imaginis figuræ deuotioque, quam illa excitauit in mente ac memoria remaneant impressæ, ac stillam præsentem haberent, & quando a stultilius recordantur, eundem illis infundit spiritum, quem primo visa, contulerat, nonnunquam plus, nonnunquam minus; in alia verò imagine licet perfectius elaborata, nequaquam illum spiritum experiuntur.

Multæ præterea personæ maiori afficiuntur deuotione ad imagines vno modo fabricatas, quam ad alias; & in aliquibus nihil illud erit aliud, quam affectus, & delectatio quædam naturalis (quemadmodum etiam alicui magis grata erit facies vnius personæ, quam alterius) magisque illis naturaliter afficiuntur, & præsentiorum in imaginatione circumferent, quamuis non adeò sint elegantes ac alix; eò quod naturalis ipsarum constitutio magis ad illum formæ ac figuræ modum propendat. Vnde nonnulli attribuantur, effectum, quem erga talem vel talem gerunt imaginem, deuotionem esse, & fortassis nihil amplius erit, quam delectatio & affectus naturalis.

Inter-

*Carpotius
præſter
Dei be-
neficia per
Imagines
solitarias*

Interdum etiam eueniet, vt aliquam inueniendo imaginem videant eam moueri, vel vultum immutare, innuere aliquid, vel loqui. Istum modum sicut & illum supernaturalium effectuum imaginum, de quibus sanctorum paulo ante locuti, licet sit verum multoties veros effectus, & proficuos producere, Deo illos vel ad deuotionem augendam, vel certe vt anima aliquod habeat fulcrum, cui ideo quod aliquatenus debilis est & infirma possit inniti, & ne ad eum crebro euagetur ac distrahatur, producente: alijs tamen vicibus minime sunt effectus huiusmodi veri, solentque illos efficere Dæmon, vt noceat & fallat. Propterea pro omnibus capite sequenti trademus doctrinam.

CAPVT XXXVI.

Quaratione voluntatis gaudium, seu delectatio per Sacrarum Imaginum obiecta, taliter ad Deum dirigi debeat, vt voluntas non erret, nec pereas impedimentum incurrat.

Quemadmodum Imagines non mediocriter conferunt ad excitandam Dei Sanctorumque memoriam & voluntatem ad deuotionem persequendam, via ordinaria, sicut æquum est illis vtendo, ita etiã non leuis erunt occasio erroris, si cum res supernaturales circa eas contingunt, neque anima qualiter ad Deum tendere debeat siquidem vnum ex præcipuis medijs, quibus Dæmon animas incautas facile decipit, viamque veritatis spiritus illis præcipit, sunt res insolitæ, & præterordinariæ, quas ostendit per imagines: siue per materiales, & corporeas, quibus vtitur Ecclesia, siue per illas, quas solet ipse phantasia imprimere, sub talis vel talis Sancti schemate, vel etiã sub imagine sua, transfigurando se in Angelum lucis, vt fallere possit. Sagax quippe astutusque diabolus

in istis ipsis medijs, quæ nobis ad remediũ & adiumentum collata sunt sese occultare satagit, vt nos magis incautos deprehendat. Quamobrem deuota anima semper etiam in bonis formidare debet, malum enim, sui ipsius testimonium secum adfert.

Quapropter ad vniuersa damna, quæ in hoc euentu anima pati posset euadenda (quæ sunt vel à ceteri in Deum volatu præpediri & retardari, vel vili modo & insipienter imaginibus vti, vel certe per illas decipi, quæ omnia superius adnotauimus) ad repurgandam præterea in eis voluntatis delectationem & gaudium, & dirigendam per eas ad Deum animam (qui est scopus, quem in ipsarum vsu proponit Ecclesia) vnicum duntaxat monitum & documentum, quod pro omnibus satis est, præscribere volo.

Et est huiusmodi quod quandoquidem imagines sacræ ad nil deseruiunt aliud, nisi vt sint nobis motiua inuisibilium rerum; nihil etiam aliud requiramus in eis præter motiuum, affectum, voluntatisque delectationem in re viua, quam referunt & representant. Propterea vtatur fidelium quilibet hac circumspectione, vt statim ac aliquam fuerit intuitus imaginem, nolit illi sensum immergere & alligare, siue fuerit corporea imago, siue imaginaria, siue sit pulchrè & eleganter efficta, siue pretiosè ornata, siue illi sensitiua, siue etiam spiritualem conciliet deuotionem: omnibus istis accidentibus spretis, non amplius sese ad eam reflectat: sed præstita imagini ea, quam Ecclesia præcipit, adoratione, confestim inde erigat mentem ad rem, quam representat, succum & voluntatis oblectamentum in Deo, vel sancto cuius opem implorat, cū deuotione, ac spiritus sui oratione reponat. Ne id quod viuo prototypo & spiritui debetur, à pictura, & sensu

Z

vltur.

B.

Iohannis
CruceOpera
Mystica

NVI

124

vsurpetur. Hoc modo faciendo non decipietur, nec spiritum & sensum, ne ad Deum libere & expedite euolent, occupabit. Et sic imago, quæ supernaturaliter, eius deuotionem prouocat, multò copiosius id efficiet, siquidem absque morâ, affectu sese in Deum erigit. Semper enim quod Deus istas, vel similes largitur gratias; id facit inclinando affectum, & gaudium voluntatis ad id quod est inuisibile, quod à nobis fieri vult annihilando vires & vigorem potentiarum, quoad res omnes visibiles, & inuisibiles.

CAPVT XXXVII.

Tractionem de bonis motiuis seu prouocatiuis continuat. De oratorijs, loquitur, orationi dicatâ, disserit.

ARbitror satis à nobis explanarum esse, qua ratione in imaginum accidētibus possit spiritualis persona grandem, & fortasse periculosiorem admittere imperfectionem, si delectationem suam in ipsis reponat; quam in alijs rebus corporis & temporalibus solet committi. Dico autem periculosiorem fortasse imperfectionem committi; dicendo enim res illas pias esse & sanctas, securi efficiuntur, nec naturalem proprietatem, & adhesionem metuunt. Atque hoc modo crebro non leuiter decipiuntur, se iam deuotione esse plenos autumantes, eò quod gustum ac delectationem in rebus istis sanctis sentiant: & fortassis nihil illud amplius erit, quam inclinatio, & appetitus naturalis, quo sicut in res alias feruntur, sic etiam istis rebus sanctis afficiuntur.

Vanitas multorum nocua in oratione continetur.

Hinc prouenit (vt de Oratorijs loqui auspicemur) quod nonnulli semper cupidi sunt & nunquam imaginibus in suo oratorio congregandis, varioque ordine disponendis, ad ornandis explentur, eo sine

vt oratoria sua rectè concinneque sint disposita & ornata & omnibus placeant; cum tamen Deum non plus isto, quam illo diligant modo; quin potius minus; siquidē gustum & delectationem quam in illo apparatu depicto reponunt, viuò per illas imagines representatō, subtrahunt, sicut diximus. Quamuis enim sit verum, ornatum & apparatus vniuersum necnon reuerentiam, quæ imaginibus possit exhiberi, exiguum quid esse respectu eius, quod merentur (& propterea illi, qui modica eas cum reuerentiâ decentiâque conseruant, magnâ digni sunt reprehensione, quemadmodum etiam illi, qui adeo eas ruditer & ineptè effingunt, vt extinguant potius quàm excitent deuotionem; ac proinde æquum esset aliquos artes huius imperitos ab eius exercitio arcere) at tamen nihil huic rei commune est, cum proprietate & affectu nimio & appetitu, quem tu in exterioribus istis ornamentis, & exquisito apparatu exerces, quando taliter sensum tuum absorbet, vt maximum cordi tuo adferant obstaculum, ne ad Deum assurgere, illumque amare, ac omnium rerum propter ipsius amorem possis obliuisci: Si enim propter ista, in his deficiis, non solum non grate hoc à te accipiet, sed te potius puniet, eò quod non ipsius potius in rebus omnibus gustum & beneplacitum quæseris, quam tuum. Quod optime colligere poteris ex solennitate ac lætitiâ illâ, quam maiestati eius Ierosolymam ingredienti cum tot eum cantibus, & ramis excipiendo, exhibuerunt, ipse porrò Dominus amaras fundebat lacrymas: eò quod cum aliqui ipsorum sua corda ab eo longe remota haberent, signis illis exteriorique apparatu, affectum erga illum demonstrarent: *Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe est à me.* *Man. 11.* Qua in re tuto affirmare possumus sibi potius

potius ipsis quam Deo festum celebrasse, quemadmodum hodie multis accidit qui quando alicubi solemnitate celebrari audiunt, plus inde ob recreationem quam sibi, siue ex eo quod videant, vel videantur, siue ob conuiuium, siue etiam ob alios respectus, habituri sunt exultant & lætantur; quam ex eo, quod Deo gratum exhibeant obsequium. Quibus propensionibus ac intentionibus suis, nulla Deo ratione placent: multo vero minus illi, qui festiuitatem, & solemnitatem præparando, inuentiones ridiculas, & indeuotas ut ad risum populos pronocent, immiscunt, quibus magis distrabuntur; alij verò eiusmodi res, quæ potius vulgo gratæ sunt, quam eum ad deuotionem excitent, proponunt. **Iam verò** quid de illis dicam, qui alio sine ac intentione festa celebrant quid d. proprijs commodis, & vtilitatibus, quas in eis spectant? qui magis huic rei & cupiditati intenti sunt, quam diuino obsequio? ipsi hoc melius sciunt, & Deus, qui intratur: verum quocumque, ex istis modis res sese habeant, credant se plus sibi ipsis, quam Deo festa celebrare.

Ea enim, quæ ob delectationem suam, vel aliorum hominum faciunt, non computat DEVS inter obsequia sua, imò euenire poterit, quod multi Dei festa cum gaudio celebrent, & eorum participes sint: DEVS autem illis succentest. Quemadmodum iratus fuit filijs israel, quando festum idolo suo cantando, choreasque ducendo celebrabant, arbitantes se DEO festa agere; ex quibus etiam multa interfecit milia. Vel certe sicut Nadab & Abiud sacerdotibus, Aaron filijs; quos Deus thuribus manibus gestantes, eò quod alienum ignem obrulissent, interemit: vel denique sicut ille qui intravit ad nuptias non habens vestem nuptialem:

quem etiam iussit Rex ligatis manibus, ac pedibus in tenebras projici exteriores. Ex quibus liquido constat, quam moleste ferat DEVS, in congregate onibus ad obsequium iuui adunatis, huiusmodi reuerentias. Nam (heu Domine DEVS ^{Multatæ Christianis festa celebrantur, in quibus plus sibi iuuu uerpat damon quam Deus. Isai. 29. 13}) quot festa celebrant tibi filij hominum, in quibus maiorem sibi Diabolus partem vsurpat, quam tu? quibus ideo oblectatur Dæmon, quia velut mercator, nundinas suas in illis exercet. O quoties tu Domine poteris infestis istis dicere: *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me: eò quod inutiliter me colant? præcipua enim potissimaque causa Deo seruiendi est, propter ipsummet Deum, nec alij inferioris notæ fines, interponi debent.*

Ad Orationem itaque redeundo, dico & assero, aliquos potius illa propter suam quam propter Dei delectationem & gustum adornare, imò plerique tam parum erga illa afficiuntur, ut non plura illa faciant, quam cubacula sua profana: imò potius nonnulli non tanti illa æstimaunt; cum magis prophanis, quam diuinis oblectentur. Sed prætermittamus nunc ista, & loquamur adhuc de illis, qui subtilius procedunt (videlicet de illis, qui se inter deuotos numerant) multi enim istorum taliter gustum appetitamque suum oratorijs, ac ornatui illorum consecrarunt, ut uersum tempus, quod orationi diuinæ, interiorique recollectioni dare debebant, rebus istis occupent, & consumant. Nec tamen animaduertunt, quod si ista ad interiorem recollectionem ac pacem animæ non dirigant, tantumdem huiusmodi rebus se distrahi, sicuti & cæteris profanis; non animaduertunt inquam huiusmodi appetitus seu gustus, magnam illis singulis momentis inquietudinem & perturbationem

B.
Iannis
Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

nem, præsertim si aliquis ista illis auferre vellet, generare.

CAPVT XXXVIII.

Qua ratione templis & Oratorijs vtendum sit, spiritum per illa ad Deum dirigendo.

Expedit interdum incipientibus, aliquid quam sensibilem delectationem in imaginibus, & oratorijs admittere.

AD deducendum per hoc bonorum genus spiritum in Deum, animaduertere oportet, permitti, imò expedire interdum, incipientibus aliquam delectationem succumque sensibilem in imaginibus, Oratorijs, alijsque visibilibus rebus deuotis percipere: eò quod nondum ita ablatum & auulsum habeant à sæcularibus rebus palatum, vt propter huiusmodi delectationem obliuiscantur alterius. Quemadmodum fieri cum puerulo solet, ex cuius manu vt res, quam tener auferri possit, aliquid illi aliud offertur; ne forte ploret, si vacuis manibus relinquatur. Verum vt ad vltiora spiritualis homo progredi possit, ab omnibus quoque istis delectationibus & appetitibus, quibus voluntas oblectari potest, se se expoliare, & abnegare debet. Purus siquidem spiritus parce admodum huiusmodi obiectis sese alligat, sed interiori duntaxat recollectioni & mentali cum Deo conuersationi totus addictus est. Quamuis enim vtatur etiam imaginibus sacris, & oratorijs; id facit festinè admodum, statimque spiritus eius sistit in Deo, omnium sensibilium oblitus. Proinde quamuis melius sit orationi operam dare in decentiori loco; hoc tamen non obstante, ille locus deligendus est, in quo minus irretitur sensus & spiritus ad assurgendum in Deum, libertior sit. Qua in re vtendum nobis est responsione illa, quam Saluator noster dedit mulieri Samaritanæ, cum ab illo quisquam ad orandum commodior locus esset, vtrem Templum, an verò mons sciscitaretur, cui

respondit, orationem veram minime monti esse alligatam: sed oratores, in quibus complacere sibi pater, illos esse, qui in spiritu & veritate adorant: *Veni ho. Ioan. 4. n. 21. &c.* *ra & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: Nam & Pater tales quarit, qui adorent eum: Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Quamobrem licet Templo, locaque an cœna orationi destinata sint & accommodata (ad nulum siquidem alium vsum deseruiunt templo) nihilominus, quantum ad negotium intimæ cum Deo conuersationis spectat, ille locus, qui minus occupet, minusque sibi attrahat sensum, eligendus est. Vnde nec locus debet esse anæmus, sensuque voluntatem adferens (quemadmodum nonnulli quærere solent) ne forte loco recollectionis spiritus, in recreationem, & sensus suauitatem desinant. Et propterea locus solitarius ad orandum aptus est, imò etiam asper, & incultus, vt spiritus ad Deum non præpeditus, neque rebus visibilibus detentus, solidè & directè possit euolare. Licet interdum visibilia hæc ad hoc conferant, vt spiritus eleuetur; sed hoc fit, omnium illorum confestim obliuiscendo, & in Deo remanendo. Quam ob causam Saluator noster vt plurimum solitaria loca, & illa, quæ non multum occuparent, & sensus detinerent, ad orandum deligebat; vt nobis hæc in re præberet exemplum, & ad illa loca se ad orationem conferebat, quæ eleuarent animam potius in Deum, cuiusmodi erant montes à terra subleuati, & vt plurimum materia sensibilis recreationis, destituti. Vnde verus spiritualis nihil aliud præ oculis habet, nisi solam interiorem recollectionem in obliuione omnium visibilium, ad hunc effectum loca magis ab obiectis succisque seu delectationibus sensibilibus aliena eligenda.*

Purus spiritus, parce se sensibilibus obiectis alligat.

eligendo, & ex omnibus istis attentionem & aduertentiam (vt magis ab vniuersis elongatus creaturis, Deo suo frui possit) eligendo. Est enim profecto res notatu digna, nonnullos eernere spirituales, qui vniuersum studium, diligentiamque suam in disponendis oratorijs ac locis inclinatione ac naturæ suæ gratis aptandis, collocant; Recollectionis vero interioris, quæ multo magis est necessaria, modica est apud illos cura: vnde vix aliquid illius habent, si enim amplius haberent, non possent modis illis, & inuentiombus oblectari, quin potius illis defatigaretur.

CAPVT XXXIX.

Eandem continuat materiam, spiritum ad internam recollectionem in rebus prædictis dirigendo.

CAusa itaque ob quam spiritualium nonnulli nunquam in vera spiritus gaudia perfecte ingrediuntur est, quia nunquam gaudij & delectationis appetitum, à rebus istis exterioribus visibilibus eleuare, & abstrahere finiunt. Animaduertant huiusmodi homines, quod quamuis decens, orationiq; destinatus locus templum sit, & oratorium visibile; imago etiam sacra, deuotionis sit motiuum, non tamen hoc taliter fieri debere vt medulla & animæ delectatio, in visibili templo, & motiuo occupetur, & impendatur, & in templo vno quod est interior animæ recollectio, orare, oblitiscatur. Nam vt nos huius rei admoneret S. Paulus Apostolus dixit, *Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Christus quoque Dominus apud S. Lucam ait, *Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Ad hanc etiam considerationem remittit nos authoritas Christi superius allegata; nimirum: *Vri adoratores seu oratores, adorabunt, &*

trem in spiritu, & veritate, Qui adorant eum, in spiritu, & veritati oportet adorare. Parum enim admodum curat Deus oratoria tua, & loca concinne disposita, si ideo quia appetitum gustumque tuum illis alligasti, minus aliquanto interioris possides nuditatis, quæ idem est, quod spiritualis paupertas, in rerum omnium, quas possidere potes, abnegatione.

Debes itaque ad hoc vt voluntatem à gaudio, vanoque in rebus istis appetitu repurgare, & illum in oratione tua ad Deum dirigere valeas, illud solummodo præ oculis habere, vt conscientia tua pura sit, & voluntas integrè totaliterque Deo addicta, & mens feruè in ipso occupata, & sicut iam dixi, elige locum, quam maximè poteris separatam ac solitariam, & conuertere vniuersum voluntatis tuæ gaudium & delectationem ad inuocandum, & glorificandum Deum, istarum autem aliarum delectationum & suauitatum, quæ ex rebus exterioribus oriuntur, nullam habeas rationem, quin potius studeas illas abnegare. Si enim sapor ac dulcedini deuotionis sensibilis assuescit anima, nunquam ad vim spiritualis suauitatis, quæ mediante recollectione interiori in spiritus nuditate reperitur, sciet transire.

CAPVT XL.

De quibusdam detrimentis, quæ incurruntur, qui rerum ac locorum deuotorum, sensibilium gustui & delectationi, secundum modum iam descriptum, sese tradunt.

Multa tam interiora quam exteriora in currit damna spiritualis homo, qui in rebus superius descriptis sensitiuam delectationem, saporemq; aucupari cupit. Quantum enim ad spiritum attinet, nunquam huiusmodi homo ad internam sui

Qui in superius recensitis rebus sensitiuam delectationem, nunquam ad spiritum recollectionem peruenit.

Z 3. ipsius

B.
Mannis
Cruce

Opera
ystica
NVT
128

*Interna
recollectio
in quo con-
sistat?*

ipsum recollectionem perueniet, quæ in eo consistit, ut ab omnibus istis transeat, & ut anima omnium istorum sensibilium saporum seu consolationum, studeat obliuisci, & ut medullam recollectionis interne animæ intret, & in virtutibus fortiter nerveque acquirendis allaboret.

Quantum verò ad exteriora spectat, hæc sensibilis distantiarum inhaesio in causa illi est, ut non in omnibus locis possit commodè orare, sed in eis distaxat, quæ gustui suo conformia sunt: unde & sæpe orationem omittit cum (ut vulgo dicitur) nesciat nisi libro suo uti.

Præterea appetitus iste, multarum est hominibus istis causa varietatum. Ex isto quippe hominum genere sunt illi, qui nunquam in eodem persistunt loco: imo sæpe nec in eodem vitæ statu; nunc illos in vno conspicies loco; nunc verò in alio; nunc istam eremiticam eligunt cellam, nunc vero aliam; nunc vnum oratorium, nunc aliud componunt. Ex istis quoque sunt illi, quibus in statuum modorumque viuendi mutationibus, tota effluit vita. Cum enim solo illo sensibili fetore ac delectatione circa spiritualia afficiantur & permoueantur, nec vnquam sibi vim inuulerint ut ad spiritualem recollectionem per voluntatis suæ abnegationem & subiectionem, seu tolerandi incommoda submissionem, perueniri et; hinc pronent, quod quotiescunque locum aliquem arbitrio suo deuotum, vel aliquod vitæ institutum, quod naturæ illorum propensionique conforme sit, animaduertunt; confestim illad arripiunt, illo quod antea amplectebantur, relicto. Et quoniam ad hoc gustu illo sensibili inducti sunt; hinc est quod cito aliquid aliud requirunt: cum gustus deuotioque sensibilibus inconstans sit ac cito deficiat.

CAPVT XLI.

De triplici piorum locorum genere, & qua ratione circa illa sese gerere debeat voluntas.

TRes locorum differentias reperio, quibus solet Deus voluntatem ad deuotionem excitare. Ad primam differentiam, quædam terrarum situumque dispositiones spectant, quæ grata diuersitatum suarum apparentia, siue soli positione, siue arborum plantarumque viriditate, siue etiam quiete solitaria, naturaliter ad deuotionem prouocant. Quibus uti, si confestim ad Deum erigitur voluntas, in obliuione prædictorum locorum proficuum est. Quemadmodum ad hoc ut aliquis designatum consequatur finem, non expedit ut se diutius in eius medijs motiuisque detineat, quam necessitas poseat. Nā si voluerint appetitum recreare, ac sensibilem gustum seu delectationem ex huiusmodi locis elicere, sectatam potius spiritus, distractionemque spirituale reperturi sunt, spiritualis enim satisfactio ac dulcedo, non nisi in recollectione interiori reperitur.

Quamobrem si spiritualem quempiam in huiusmodi locis deuenire contingat, debet ille loci oblitus, et non interius cum Deo permanere, ac si in eiusmodi loco minimè versaretur. Nam si gustum, & delectationem loci hinc inde venari, & confectari voluerit, id est (ut diximus) recreationem potius sensitiuam, animique instabilitatem quærit, quam spiritualem tranquillitatem. Hoc se prorsus modo gerebant Anachoretæ, & alij sancti Eremitæ, qui in latissimis amplexibusque solitudinibus minora, quæ illis satis esse possent, deligebant loca, ac & stimas construendo cellas & antra, quibus se se

sefe inuoluebant. In quorum vno tribus annis sanctus Benedictus mansit, alius vero Eremita fune sefe alligauit, ne vltra quam ille protenderetur, exiret: hocque modo multi fecere, quas longum esset recensere. Optime quippe sancti illi nouerant, quod nisi appetitum & cupiditatem spiritualem acquirendi gustum ac consolationem extrinxisent, nullo pacto consolationem spiritualem adipisci & spirituales euadere potuissent.

Secunda locorum differentia, magis particularis est (neque refert si solitaria illa sint, sine alia quacunque) in quibus conuenit Deus aliqua spiritualia admodum suauia conferre beneficia, nonnullis peculiaribus personis, ita ut ordinati eorum perlocum illius, quæ gratias istas illis consecuta est, ad locum illum, in quo eas est consecuta, propendat & inclinetur, patiaturque & percipiat interdum quædam vehementia desideria & anxietates, eò veniendi: quamuis cum illuc peruenit, nihil tale scripturè reperiat, eò quod minimè hoc in sua situm est potestate, huiusmodi enim munera confert Deus, quando, quomodo, & ubi voluerit: non enim loco & tempori, aut illorum, quibus ea largitur voluntati arbitrioque alligatus est. Bonum erit nihilominus alligatum ad orandum, ea adire loca, dummodo appetitus nudus liberque à proprietate remaneat, idque tres ob causas. Prima est, quia licet (vt diximus) DEVS loco non sit alligatus, videtur tamen voluisse ab anima illa, in eo loco laudari, dum ei ibi beneficium illud contulit. Secunda, quia plus recordatur anima DEO referre gratias pro munere ibi accepto. Tertia, quia nihilominus magis in eo loco deuotio, memoria illa excitatur. Has

itaque ob causas debet se eò conferre, non autem quod existimet DEVM obligatum esse ad largienda ibi sua dona, ita ut ea vbiunque ei libuerit largiti non valeat: decentior quippe magisque proprius locus pro DEO est anima, omni alio corporeo loco. Hoc modo in sacris literis legitur, excessisse Abraham altare, in eo in quo ipsi apparuerat Dominus loco, ibique sanctum nomen eius inuocasse: cumque ex Egypto postmodum reuerteretur, pereundem, in quo illi Dominus apparuerat locum transisse, & ad idem, quod extruxerat altare rursus Dominum inuocasse. Iacob quoque locum, in quo ei Dominus scalarum innixus apparuerat, lapidem ibi oleo delibutum erigendo consignauit. Agar etiam nomen illi loco imposuit, in quo ei Angelus apparuerat, magni locum illum faciendo dicendoque: *Profecto hic vidi posteriora videntis me.*

Tertia differentia est quorundam particularium locorum, quæ eligit Deus vt in illis inuocetur, & ei seruiatur: cuiusmodi erat mons Sinai, in quo Deus legem Moysi dedit, & locus, quem Abrahamo designauit ad filium suum sacrificandum. Monsetiam Horeb ad quem præcepit Patrem nostrum ELYAM pergere, vt se illi ibi demonstraret. Locus præterea, quem sanctus Michael pro obsequio suo dedicauit, hoc est, mons Garganus Sipontino Episcopo apparendo, dicendoque: *se loci illius custodem esse, & vt in eo loco oratorium DEO in memoriam Angelorum dedicaretur.* Gloriosissima denique virgo elegit Romæ singulari niuis indicio locum, ad templum sibi construendum, quod Patricium in sui nominis honorem extruere voluit. Rationem verò ob quam DEVS hæc potius loca quam alia, vt in illis:

B.
Iannis
Cruce

Opera
ystica
NVT
124

Gen. 12. 7.

Gen. 13. 6.

Gen. 18. 18.

Gen. 16. 13.

Exod. 24. 2.

n. 22.

Gen. 22. 2.

n. 2.

3. Reg. 19. 2.

2.

illis laudetur & glorificetur eligat, ipse nouit. Id autem quod nos scire oportet est, omnia ad nostram utilitatem fieri, & ut nostra in illis, & ubicunque tandem cum fide integra aliquid ab eo perierimus, vota exaudiat. Quamquam in locis eius obsequio destinatis, multo maior subest occasio, ut in illis exaudiamur, eò quod Ecclesia ad hunc finem ea destinauerit, dedicaueritque.

CAPVT XLII.

De alijs orationis motibus, multiplici videlicet ceremoniarum varietate, quibus multa persona vtuntur.

Inutiles delectationes & proprietatis imperfectio, quibus, circa res, quas recensuimus, multæ implicatur personæ, fortassis aliqua ex parte tolerabiles sunt, eò quod aliquomodo in illis innocenter agatur. At ingens fiducia & adhesio, quam nonnulli in multis ceremoniarum modis, à personis parum illuminatis & à fidei sinceritate deficientibus introductis, collocant, omnino tolerari non potest: Prætermittamus nunc cæremonias illas, quæ sibi annexa habent quædam extraordinaria nomina, terminosque, qui nihil significant; nec non alias res, minime sacras, quas stupidi homines, & rudes ac suspectæ animæ, intermiscere orationibus suis consueuerunt, de quibus quoniam manifestè malæ sunt, & in quibus peccatum interuenit, imò etiam in multis illarum occultum cum dæmone pactum, quibus etiam ad iracundiam, & non ad misericordiam prouocant Deum; hoc loco agere superledeo. Sed de illis solummodo cæremonijs hoc loco disserere placet, quibus eò quod modi isti suspecti nequaquam intermiscantur, plures hodie personæ cum in-

discreta vtuntur deuotione, tantam vim fidemque in modis illis, cum quibus volunt deuotiones & orationes suas perfoluere, reponendo; ut arbitrentur, quod si in vno puncto defecerint, & extra illos limites pedem extrulerint, nihil se utilitatis inde consecuturas, nec à Deo fore audiendas, plus fiduciæ in modis illis, & cæremonijs collocando, quàm in viua oratione, non absque magna Dei irreuerentiâ & iniuria, Exempli causa, ut Missa cum tot nec pluribus paucioribusque celebretur candelis; vt illam talis vel talis legat sacerdos, vtque hoc tali vel tali fiat horâ, nec vilo modo ante aut post, vt post talem celebretur die, nec prius aut posterius, stationes etiam vel orationes tot sint, & tales talibusque temporibus, cum talibus vel talibus cæremonijs, & talibus corporis sitibus obeantur, & quod hæc non ante, nec post, nec aliter fiat. Et vt persona, quæ hæc obierit, talibus vel talibus dotibus, vel proprietatibus sit insignita; existimantque si aliquid exijs, quæ sibi proposuerunt omiserint, nihil se effecturos, & id genus alia, quæ absque numero adhibere solent. Quod autem deterius est, & prorsus intolerabile, quod nonnulli, aliquem in se istarum rerum effectum experiri volunt, vel vt id quod postulant fiat, vel certe, quod orationibus illis suis cæremoniasticis absolutis adimpleatur: quod certe nihil aliud est, quam reuocare Deum, & ad grauem illum iracundiâ prouocare: idque adeò, vt interdum faciat dæmoni potestatem, ad decipiendum illos, faciendo eos res admodum ab animæ suæ utilitatibus alienas sentire, vel intelligere, hoc ipsis promerentibus, propter adhesionem, & proprium amorem, quem in suis orationibus fouent, ac nutriunt, dum non id potius, quod Deo placet fieri volunt, quam quod ipsi desiderant; quibus tamen nunquã res ex voto succedunt, eò

ed quodd totam suam in Deo fiduciam non reposuerint.

CAPVT XXXXIII.

Quarationes per deuotiones istas gaudium, & fortitudo voluntatis ad Deum dirigi debeat.

NORUM itaque huiusmodi hominibus sit, quod quo magis istis suis inritantur ceremonijs, eo minus eos spei ac fiduciae in Deo habere, neque ea, quae in uotis habent, adepturos.

Reperiuntur nonnulli, qui opera actionesque suas, ob suos potius peculiare fines, quam honoris diuini intuitu, aggrediuntur. Licet enim ipsi ac praesupponunt quod si ea res ad diuinum obsequium spectantur sit, fiet, & sin minus non fiet, nihilominus tamen ob proprietatis affectum, quo pleni sunt vanamque delectationem, quam sibi in ea propoluerunt, superflua vota precesque pro illa re obtinenda multiplicent, quae vota si ad aliam maioris momenti sibi que uilioris rem conuerterent, multo profecto melius facerent: cuiusmodi sunt, conscientiam ferio expiare, & de facto in saluationis suae negotium, omnibus alijs petitionibus, quae huc non conferunt postpositis, incumbere. Hocque modo istis maioris momenti impetratis, etiam ea, quae existis alijs rebus impetrasse proderit (imo etiam si ea non postulauerint) multo melius citiusque obtinebunt, quam si uarietas suas vires ad illa impetranda contulissent. Ita enim pollicitus est Dominus per Euangelistam dicens: *Quaerite ergo primum Regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adicientur uobis.* Hae quippe petitio est illa, quae gustui & uoluntati eius magis conformis est; ad obtinendas porro petitiones cordis nostri, nullum efficiacius

medium reperitur, quam vim roburque orationis nostrae in illud, quod Deo acceptius est, conferre, tunc enim non id duntaxat, quod postulamus, saluationem uidelicet animae tribuet nobis, sed etiam quidquid nobis expediens, ut illeque esse animaduertent, quamuis illud non petamus; quemadmodum in quodam Psalmo egregie rem hanc significauit Dauid dicens: *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in ueritate.* Illi uero eum in ueritate inuocant, qui ea postulant, quae sunt uera & sublimiora, cuiusmodi sunt res ad salutem attinentes: de huiusmodi enim hominibus confestim Psalmista subiungit. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos; Custodit Dominus omnes diligentes se.* Vnde haec DEI propinquitas, de qua hoc loco loquitur Dauid, nil aliud est, quam DEVM in eo esse ut illos contentos & satisfactos reddat, eaque etiam illis largiatur, quae ne cogitarunt quidem postulare. Ita enim legimus, quod quia Salomon prudenter postularat a Deo id quod illi erat gratum, Sapientiam uidelicet, ad prudenter iusteque suum populum gubernandum: respondit ei DEVS. *Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum, qui te oderunt, sed nec dies uita plurimos: petisti autem sapientiam, & scientiam, ut iudicare possis populum meum, supra quem constitui te regem, sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autem, substantiam, & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui.* Omniaque haec cumulatissime Dominus praestitit, inimicos etiam eius ad pacem reducendo, ita ut tributa illi circumquaque penderent, neque ullo modo pacem perturbarent.

Aa Idem

B.
Iannis
Cruce

Opera
ystica
NVT
124

Ps. 144. 18

2. Par. 1.
10. & 11.

*Gen. 21. 12.
& 13.*

Idem in libro Geneseos factū legimus ubi promittendo Deus Abrahamo legitimi filij sui generationē velut stellas cœli multiplicare ac propagare, quemadmodum ipse postulauerat; dixit illi. *Sed & filium ancilla faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.*

Hac itaque ratione voluntatis vires ac delectatio in petitionibus ad Deum dirigi debent: nullo modo ad inuentionibus caeremoniarum, quibus non vitur, quasque minimè sancta Ecclesia Catholica cōprobauit, innitendo, modum & formam sacrum celebrandi, sacerdoti, cui ab Ecclesia modus norma que id faciendi præscripta est, permitiendo, nec nouis vitur velint modis, quasi ipsi spiritu S. eiusque Ecclesia sapiētiores sint. Quod si in simplicitate ista orantes, non exaudierit eos Deus, nec exauditurum etiam si innumeris vitantur ad inuentionibus credant. In reliquis etiā caeremonijs, quantum ad orandum aliaque spectat deuotiones, nolint voluntatem alijs caeremonijs ac modis orationis inniti, præter eas, quas Christus docuit, eiusque Ecclesia. Manifestè enim constat, quod discipulis ab eo petentibus vitur illos orare doceret, diceret dubio procul omnia, quæ ad rem facere possent, vitur preces nostras Pater æternus admitteret, sicut qui optimè exploratam habebat ipsius voluntatem; & tamen septem duntaxat petitiones illas eos docuit, quæ in oratione Dominica reperiuntur, in quibus vniuersæ necessitates nostræ tam spirituales, quam temporales continentur; nec eos plures alios verborum, caeremoniarumque modos docuit. Quin potius alio in loco illis dixit. *Orantes nolite multum loqui, scit enim Pater vester, quid opus sit vobis.* Magna solum cum efficacia & exaggerationibus commendauit, vitur in Oratione (Dominica videlicet Pater noster) perfe-

uerarent, dicendo apud S. Lucam. *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Sed nequam varietatem ac multitudinem petitionum docuit nos, sed vitur crebro cum feruore & attentione iterentur, voluit. Siquidem (vitur dico) in ipsis continentur omnia, quæ ad Dei voluntatem ac nostram vtilitatē spectant. Propterea quippe quando ipse Dominus ter sese in hortu contulit ad Patrem, omnibus tribus vicibus iisdem orauit orationis Pater noster verbis, quemadmodum referunt Euangelistæ. *Pater mi si possibile est transeat à me Calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Ritus porro ac caeremoniarum quibus orare nos docuit, ad vnum ex duobus reducuntur modis, vitur vt ore- mus in cubiculi nostri abscondito, ubi absque strepitu, & sine arbitris attentioni & puriori corde id facere possumus, iuxta id quod ipsemet dixit. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito;* vel certe vitur nos ad brandum ad solitaria defertaque loca conferamus, quemadmodum ipse facere solitus erat, idque optimo ac quietissimo noctis tempore. Quare non est cur orationi designemus tempora, aut definiamus dies, nec est cur alijs vitur modis verborumque aut orationum permutationibus, præter eas, quibus Ecclesia vitur, idque modo ab ea præscripto; omnes enim orationes ad septem Dominicæ Orationis petitiones (vitur diximus) reducuntur, nec damno propterea ac improbo, imo potius laudo dies aliquos, quos nonnullæ interdum personæ sibi ad explendas aliquas deuotiones suas proponunt, cuiusmodi sunt nouennæ, & id genus aliarum, sed ad hætionem & fiduciam, quam in suis limitatis modis, ac caeremonijs, cum quibus has deuotiones exequantur, arguo & improbo. quemad-

*Summa-
rationis,
Domini-
ca oratio.*

Luc. 11.

Mat. 6. 7.

modum etiam fecit Iudith, quæ Bethu-
thalienses incolas repræhendit, quia Deo
tempus, in quo misericordiam ipsius spe-
rabant, præfixissent & limitassent, dicens.
Et qui estis vos, qui tenetis Dominum? non est
iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius,
qui iram excites, & furorem accendat.

CAPVT XLIV.

De secundo bonorum distinctorum genere,
quibus vanè oblectari potest vo-
luntas.

Secundus distinctorum bonorum fa-
spidorum genus, quo vanè oblectari
potest voluntas ea continet bona, quæ
prouocant seu ad seruendum Domino
inducunt, quæ prouocatiua appellabamus.
Huiusmodi sunt concionatores: de qui-
bus dupliciter loqui possemus: primo
quantum ad ipsosmet concionatores spe-
ctat. Secundo quantum ad eorum audi-
tores. Non enim deest, de quo utroque
admonemus, quomodo videlicet de-
beant utriusque voluntatis suæ gaudium
seu delectationem, in hoc exercitiò ad
Deum dirigere.

In primis concionatorem ut populo
profit, nec in vanitatem & superbiam ob-
vanam oblectationem ac præsumptionem
præcipitetur; animaduertere oportet,
exercitium illud magis spirituale esse,
quam vocale. Licet enim exterioribus
verbis exerceatur, vim tamen & effica-
ciam suam non nisi ab interiori spiritu
fortitur. Unde etiam si sublimissima in se
sit doctrina, quam in concione propo-
nit, absolutissimaque Rhetorica, & sub-
limi utatur stilo, non plus tamen utilitatis
in se ordinatæ ac ferret, quam in se habue-
rit spiritus. Quamuis enim verum sit Di-

uinum verbum ex se efficax esse, secun-
dum illud Davidis dicentis. *Ecce dabit voci
sue vocem virtutis*: sed etiam, & ignis vir-
tute vrendi pollet, nectamen, cum in sub-
iecto dispositio necessaria non reperitur,
comburit. Ad hoc autem ut doctrina
vim suam exerat, imprimaturque dux re-
quiruntur dispositiones. Vna se habet
ex parte doctrinam proponentis; alia ve-
rò ex parte audientis; ut plurimum enim
prædicationis utilitas, dispositionem
doctrinam proponentis, sequitur. Pro-
pterea vulgo dicitur, qualis fuerit Ma-
gister, talem etiam futurum discipulum.

Unde quando in actis Apostolorum illi
septem Scenæ Principis sacerdotum Iu-
daicorum filij, dæmones eadem forma,
qua sanctus Paulus vsus fuerat, adiurare
voluerunt, in furiam versus contra eos
dæmon dixit. *IESVM noui & Paulum scio;*
vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in
quo erat dæmonium pestimum, inualuit con-
tra eos ita, ut nudis & vulnerati effugerent.
Quod propter nullam aliam euenit cau-
sam, nisi quia ipsi dispositione neces-
saria carebant, non autem quod nol-
let CHRISTVS in suo nomine dæ-
monia eijs. Nam cum vice quadam in-
uenissent Apostoli quendam, qui non
erat Domini discipulus, in nomine
CHRISTI dæmonia eijscentem, pro-
hibuerunt eum, Dominus autem eos
reprehendit, dicens: *Nolite prohibere eum,*
nemo est enim, qui faciat virtutem in nomi-
ne meo, & pestit cito male loqui de me. In-
digne tamen fert & irascitur eis, qui
cum legem DEI doceant, minime il-
lam seruant, & cum bonum spiritum an-
nunciant, ipsi carent illo. Propterea
enim per sanctum Paulum dicit. *Qui*
ergo alium doces, te ipsum non doces. Qui
predicas non surandum, suraris? Per Da-
uid quoque Spiritus sanctus ait. *Pecatori*

Aa 2 autem

B.
Iannis
Cruce

Opera
ystica
NVI
124

*Psal. 49.
v. 16.*

autem dixit Deus : quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam & projecisti sermones meos retrorsum? ex quo datur intelligi, quod nec spiritum huiusmodi hominibus largietur, ut fructum faciant: ut plurimum enim videmus (in quantum iudicare licet) quod quo concionator est vitæ perfectioris, eò maiorem fructum colligit, etiã vilis sit ipsius stilus, exigua Rhetorica, & vulgaris doctrina, ex spiritu enim vino participatur calor: qui verò spiritu destitutus est, exigua admodum adferet utilitatem, quamvis sublimissimus sit stilus eius, & doctrina. Licet enim negari non possit stilam, actiones concinnas, doctrinam sublimem & eloquentiam gratam, selectamque idioma non mediocriter animos mouere, effectūque maiorem, si bono copulata sint spiritui, efficere; at si is desit, licet sensus & intellectus recreentur, & oblectentur, modicum quid vel prorsus nihil succi, & caloris inde voluntas recipit. Communiter enim ita languida ac remissa ad operandum remanet, sicuti fuerat prius, licet mirabilia, mirabiliter fuerint dicta: ad nihil quippe hæc aliud deseruiunt, nisi ad demulcendas aures, sicut harmonicis concentus aut campanarum sonus: at spiritus (vtdico) metas suas, quibus prius continebatur non egreditur, cum vox virtute caret ad mortuum è suo tumulto suscitandum. Patum enim refert, ut vnus musicus concentus melior alio audiatur, si non amplius iste, quam ille ad operandum per-

moueat. Quamvis enim stupendas & admiratione plenas res dixerint concionatores, confestim obliuioni dantur, eò quod in voluntate minime flammam succenderint. Nam præterquam quod apprehensio illa, seu adhesio sensus gaudio, seu delectationi doctrinæ illius, exigua ex se utilitatem adfert, impedit etiam ne auditor transeat ad spiritum; & remanet dūtaxat cū opinione modi, & accidentiū, cum quibus doctrina fuit propalata, laudibus hæc vel illa in concionatore euehendo, potiusque illi propter ista, quam ob mortum, quam inde eliciat emendationem adheret. Hanc doctrinam optime declarat S. Paulus ad Corinthios dicens. *Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientia, annuncians vobis testimonium Christi; & sermo meus, & predicatio mea nõ in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis.* Licet mens Apostoli, & mea non sit hoc loco elegantem stylum, Rhetoricam, & aptum concinnatq; dicendi modum improbare; ista enim multum Prædicatori profunt, quemadmodum etiam omnibus alijs negotijs; cum aptus dicendi modus desperatas etiam planeque colapsas res erigat atque restauret: sicut è contra improbus agendi ac dissolendi modus, solet recte disposita inuerrere, & demoliri.

FINIS ASCENSVS MONTIS CARMELI.

OBSCV.